



Stockflecke

G. f. 120

Theol. R. VIII. 367<sup>641.</sup>

EXPLICATIO  
Evangelii Dominicæ quintæ  
post Epiphan.

Quam  
DEO DUCE

P R E S I D E

Dn.

JOHANNE GERHARDO  
DOCTORE ET PROFESSORE  
Theologo, p. t. Academiæ Jenensis Re-  
ctore, & Theol. Facult. Decano.

S u o

Præceptore, Patrono, & Fautore summo  
observantia genere colendo

Publicè

ventilandam proponit

DAVID TANCKEN  
Wismar: Megap.

Ad diem Octobris

ANNO M. DC. XVII.

J E N Æ

Typis Tobiae STEINMANNI.

ОИАГОПХЭ

Доминико Доменико Доменико

Доминико Доменико Доминико

Доминико Доминико Доминико



¶¶¶

# EVANGELIUM DOMINICA V. POST EPI.

phaniorum.

Matth. 13. à v. 24. usq; ad v. 31.

## THESES I.

Uod de Salomone i. Reg. 4. v. 32. 33. Proemium  
dicitur, ipsum multas parabolas prolocutum  
fuisse; illud etiam de Christo cœlesti Salomone  
Martin. 12. v. 41. rectè dici posse, Evangelista no-  
ster Mattheus in præsenti cap. 13. satis clarè testa-  
tur. Enarrat hic septem parabolas i. Seminan-  
tis. 2. zizaniorum. 3. Seminis sensim crescentis. 4. grani sinapis. 5.  
fermenti. 6. Thesauri & margaritar. 7. Sagenæ missæ in mare; quæ  
præterquam quod vaticinium Ps. 78. 2. erat implendum ( vid. v.  
35. hujus. cap.) etiam eo fine a Christo propositæ sunt, ut, quod à  
discipulis, munus Ecclesiasticum posthac obiturus, in Epilogo cō-  
cionis requirebat, exemplo scilicet prudentis patris familiæ è the-  
lauro suo nova & vetera proferre, id ipse in officio suo propheti-  
co præstaret. Sicut enim iste ex divite penu diversa pro diversitate  
personarum ac temporum edulia. atq; delicias affatim promit, quæ  
desiderium explent domesticorum: sic ipse Christus liberaliter  
& copiosè pro ratione personarum, locorum, temporum, salutis ci-  
būm imperiir, hic per parabolas, à rebus notissimis desumptas, a-  
lio in loco per simplicem sermonem, rursum in alio per divina mi-  
racula, alibi alio modo, tanquam verus eruditæ linguae docto,  
Esa. fo. 4. suos auditores studiens.

II. Antequam verò ad nostra parabolæ de zizauis explicata  
A 2 Circumstanciam fiantias.

tionem ipsam accedamus, quædam de Circumstantijs temporis, loci,  
& auditorum delibare oportet.

II. Tempus

III. I. Uno eodemq[ue] tempore omnes parabolæ, quæ hoc cap.  
apud Matth, describuntur, fuisse à Christo propositæ, testatur  
ipse Evangelista, dum vers. 3. Christum c[on]tra[m]m[od]at[us] (casu multitu-  
dinis) multa turbæ dixisse, & v. 53. ras m[od]estus m[od]estus, has, quas  
nemp[er] enarraverat, parabolæ ab illo visse afferit. Articulus enim  
præpositivus i[n] & pronomen demonstrativum aut[em], in oratione  
subjectum indicant, & certi alicujus præcogniti mentionem fie-  
ri denotant.

IV. Priorem autem parabolam de seminante propositam  
fuisse illo ipso die, quô in concertationem cum Scribis & Phariseis  
ob miraculum ejeciti dæmonij Christus venerat c. 12. v. 22, & seqq.  
& quo Mater & fratres (cognati) ipsius ipsum visitaverant ibid. v.  
47. particulae r[es] & i[n]c[on]tra[r] (c[on]tra r[es] i[n]c[on]tra[r] cap. 13. v. 1.) certum & jan-  
significatum tempus indigitantes evincunt.

V. Quare eodem etiam die hanc nostram & reliquas enarra-  
tas fuisse parabolæ extra dubitationem esse potest.

VI. Quidam tamen hicaliter sentiunt, nim. inter has para-  
bolæ & præcedentis cap. historias non esse ordinem continuum,  
cum Luc. 8. v. 19, historia de matre & fratribus, Christum acce-  
denteribus, parabolicæ Christi concioni postponatur: & hanc ob-  
causam vocabulum dici apud Matth. c. 13. v. 1. pro tempore, ut  
alias interdum Syncdochice sumitur, accipiunt, quod etiam  
Barrad. Tom. 2. l. 10. c. 1. Harm. fieri posse ait; ut sit sensus: in illo  
die, h.e. in illo tempore.

VII. Verum, nos ob adjectas particulas r[es] & i[n]c[on]tra[r] sententiam  
illam & expositionem vocabuli dici locum hic habere posse con-  
stanter negamus. Addimus & hoc, habere nos duos Matth. & Mar-  
cum, eundem planè ordinem in descriptione historiarum istarum  
servantes, vide Matth. h.l. Marc. c. 4. v. 2. & c. 3. 31. id quod in in-  
dagando tempore, quô aliquid accidisse putatur, non leve argu-  
mentū esse solet. Lucas v. ordinem naturalem non tenuit, sed arti-  
ficialem; quod apud Evangelistas non infrequens est.

IX. Diem septimanę certum si inquirere velimus, conferen-  
dus est Marcus cum Luca. Ille cap. 4. v. 35. testatur, Christum ve-  
speri, statim concione parabolicâ, in ulteriorē ripam transisse, quod  
hic

hic cap. 8. v. 22. factum affirmat ē μιχ τῶν ἡμέρων, quam quidem vo-  
cūlam μιχ vulgata versio exponit per unam (in una diē) Eras. inde-  
finitē pro quodam (factum est quodam die); sed ex frequenti lectione  
historiæ Evangelicæ deprehenditur, per μιχ τῶν ἡμέρων vel τῶν ἡμέρων  
intelligi primum cuiuslibet septimanæ diem, qui nobis Dies  
Dominicus, & ideo die Dominico hanc à Christo concionem ha-  
bitam fuisse dicendum esse. Confer. Marc. 16. v. 2. Luc. 24. vers. 1.  
Ioh. 20. v. 1. Quæ appellatio desumpta est ex Mose, qui Gen. 1. v. 5.  
scribit, quod post creationem lucis, ejusdemq; distinctionem à te-  
nebris, facta sit ημέρα ημέρη dies unus, sive primus; quam voculam  
ημέρα ημέρη LXX. verterunt per μιχ, quæ item, quando primum mensis  
sive septimanæ diem notare voluerunt, usi sunt, ut ex Exod. 40.  
v. 2. Num. 1. v. 1. apparet.

X. Diligens hæc temporis habitæ concionis indagatio in-  
piam vera sanctificationis diei Dominicæ considerationem nos dedu-  
cere debet, ut cogitemus, illam totam meritò pijs meditationibus,  
studij, operibus caritatis consecrandam, cum tam præclarâ con-  
cione à Christo sanctificata sit, aliaq; plura miracula in illâ accide-  
rint. Hoc ipso die initium operis creationis factum est. Gen. 1. 5.  
Hoc ipso die opus Redemptionis perfectum est. Ioh. 20. v. 1. Hoc  
ipso die opus sanctificationis cœlitus missio Spiritu sancto inchoa-  
tum est. Actor. 2. v. 1. Non igitur ille sine gravissima causa ad alia  
trahendus est negotia non sacra, quæ die profesto seu communi-  
peragere possit.

X. 2. *Lacus*, in quo hæc concio habita fuit, notatur v. 1. cap. 2. *Locus*.  
& apud Marc. c. 4. v. 1. factum scil. id esse ad mare, nempe Galilæa,  
quod alias mare Tiberiadis, & lacus vel stagnum Genezareth vo-  
catur. Absolutè hic dicitur mare, eō quod juxta alia maria Chri-  
stus nunquam docuit. Et erat tantum lacus magnus, dictus ma-  
re more Hebræorum, quibus vocabulum θάλασσα, mare, à radice inu-  
tituto θαλασσην vel rectius θάλαττα aquæ, generaliter significat, non  
tantum magnum mare, sed etiam stagnum quodvis, adeò ut etiam  
ad vas amplum in templo 1. Reg. 7. v. 23. transferatur.

XI. Colligebatur hoc stagnum ex concursu aquarum plu-  
vialium, & ex fluxu Jordanis, qui per medium lacum transibat. O-  
lim vocabatur Cinéreth Num. 34. v. 11. à quadam civitate, quæ  
erat

erat in littore hujus maris, postea dicta Tiberias ab Herode Té-  
rarcha Galileæ, qui eam restauratam in honorem Tiberij Cæsaris  
eo nomine vocabat; unde quoq; eo tempore hoc mare Tiberiadis  
mare dictum fuit. De hoc mari vid. Joseph. hb. 3. belli iudai: c. 18.  
. Plin. lib. 5. c. 15.

X I L Notandum, in V.T. fieri mentionem 1. maris rubri,  
à colore aquæ, quæ quidem non ex origine rubra, sed ex contactu  
litorum, in quibus est terra rubra, rubricantur. Aliam causam ap-  
pellationis adfert Torniellus in Anal. sacris Tom. 1. p. 285. 2. Medi-  
terranei, quod de oceano per occidentem egreditur. 3. Maris mor-  
tui, quod est in illa valle, in quâ olim pentapolis, i.e. quinq; civi-  
tes Sodomorum: sic dicti; quia speciale habet, quod in nullo mari  
invenitur, ut quod mortuum est, non supernatur, quantumvis le-  
ve sit, sed statim mergatur, quocirca nec naves in eo sustineri pos-  
sunt. 4. Maris Cinereth vel Galileæ, quod est in Galilæa, vel stagnū  
Genezareth etiam à quodam loco vicino. De his vide Tolatum  
super cap. 8. Matth.

X I I L Putat Theophyl. proper Matrem, ut illi debitam re-  
verentiam exhiberet, Christum è domo ad mare exiisse, quæ ante  
inter prædicandum ipsum interpellaret, Chrysost. factum id esse ait,  
proper causam mysticam, ut locus docendi indicaret, auditores a-  
maros fuisse & instabiles, instar maris. At verior sententia est,  
si post exaltatos labores docendi, sanandi & disputandi cum ho-  
stibus virulentis, Christum relaxandi animi gratia ad mare egre-  
sum esse dicamus; sed desiderio populi, verbum audiendi, nimirum  
adverso, hunc longum sermonem instituisse.

X I V. Ad descriptionem Locis quoq; pertinet, quod Chri-  
stus suos instituturus navim ingressus est, in eaq; confedit, quod  
proper multitudinem turbæ factum Chrysost. ait, ut sc. auditores  
faciem ejus aspicere possent. Pulchrè Harmon. D. Chemnit. con-  
tinuata cap. 61, inquit adumbrarie sortem cathedralæ Christi.  
Mundum hunc esse instar mari fermentis, quod, quamvis surat & fremit, na-  
ves tamen admittit, que remū velig, regantur, & ad siderum positum gu-  
bernata & pericula omnia evadant, & ad portum tandem salvæ deducantur:  
ita ut mundus turbetur: Christi tamen cathedralm alicubi, in eo locum  
inveniri, que verbo Dei, tenu verâ Cynofura gubernata, & ab uno Deo,  
caelestig;

celestis ipsius auxilio dependens: tandem inter medios fluctus conservatur.

XV. 3. Auditores describuntur vers. 2. quod fuerint de 3 Auditore media plebe, & quidem dicitur, congregatam fuisse ad Christum <sup>vers.</sup> turbam multam. Ea enim est fors Ecclesiæ, ut, quo' magis prematur, & oppugnetur, eò magis crescat & erumpat. Pharisei Christum cum suis extinctum volebant; sed numerus piorum in dies magis magisq; aug. datur, plurimaq; turba Christo adhærebat. Hæc de Circumstantiis. Sequitur parabola ipsa.

XVI. In parabolis, monent sapientes, non omnes apices considerandos, sed præcipue scopum authoris, quid illâ parabolâ velit, attendendum esse, cum non raro quædam, ut ordo saltem constet, admisceri soleant: quædam modū nec in ijs, qui typū Christi in V.T. gesserunt, in singulis eorum factis hunc collocare oportet. Vid. Chrys. Hom. 65. in Matth. Sic scopus nostræ parabolæ est Scopus pas- solari pios contra scandala in Ecclesia, quod aliquando tol- ratola.

XVII. Parabolæ nostræ Membra sunt tria. I. Ostenditur 3. Parabola Ecclesiæ his in terris conditio. II. Qui fiat, quod in ea multi <sup>membra.</sup> sunt hypocritæ, & bonis admixti mali. III. utrorumq; sors & exitus.

XIX. I. Conditio Ecclesiæ innuitur v. 24. Simile factum est Re- 1. Ecclesiæ: gnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo, v. 25. Cum autem <sup>conditio</sup> describitur: tresser herba, apparuerunt etiam zizania.

XIX. Subjectum, de quo agitur, est Regnum cœlorum vel cali Ecclesia res (nam quod cœlorum dicitur, sit quod כְּלֵי שׁוֹמֶן cœli, Hebræis care gnum cœlo- at numero singulari) quo intelligitur Regnū Christi, quod est tri- rum, plex: 1. Regnum potentie, generale illud dominium super omnia. 2. Regnum eratice, spiritualis illa actio bonitatis & misericordiae in Ecclesia. 3. Regnum glorie, quod conspicietur in resurrectione mortuorum & judicio universali. Regnum Christi, ut in primo & tertio significatu accipitur, hic non intelligitur: quia quæ hic dicuntur, non ad generale illud Christi dominium pertinent, neq; in cœlis locum habent: nulla ibi zizania, nulla scandala, sed, ut secundo modo consideratur, nimirum pro regno gratia, quod est Ec- clesia.

XX. Ecclesia v. iterum dupliciter consideratur, 1. ut milie est Ecclesia, tans.

tans in his terris. 2. ut triumphans in cœlo. De triumphante Ecclesia  
hic non agitur, sed de militante, ut quæ perficienda in futuro lecu-  
lo, ante cujus adventum, per tempus messis significatum, hæco-  
minia accidere Christus adfirmat.

*Cur Eccle-  
sia militans  
dicatur res  
dictio[n]is.*

Mich. 4. v. 7. ubi Christus dicitur regnatus in monte  
Regnum & re-  
sion. 2. ratione servitutis legalis, in quâ ante Christi adventum de-  
gnum ca-  
tinebantur Judæi. Regnum verò celorum dicitur 1. quia maximè  
distingue[n]ta est à regno mundano, & terreno, unde Christus Ioh. 18.  
v. 36. Regnum meum, inquit, non est de hoc mundo, & discipu-  
los, regnum mundanum sibi imaginantes, corripit. Luc. 22. v. 25.  
2. quia Christus, Dominus de celo 1. Cor. 15. v. 47. per verbū &  
quærit Rom. 14. v. 18. 4. quia cœlestia tantum  
Phil. 3. v. 20. Col. 3. v. 1.

*Compar-  
te cum ho-  
mino semi-  
nante &c.*

XXII. Hoc Regnum (hæc Ecclesia) simile factum est homini  
seminanti bonum semen in agro suo. <sup>Exod. 22. 9.</sup> rectius redditur per assimila-  
litionem, ut regnum celorum seu Ecclesia dicatur assimilata homini &c.  
Nam similitudo est inter ea, quæ verò sunt similia: nos verò hic fa-  
cimus aliquam comparisonem, sensus est: Tale quid accidit in  
Ecclesia, quale si quis seminet vel seminaverit bonum semen in a-  
gro suo. Testatur enim Beza in annot. in duobus libris scriptum  
de invenisse ~~en~~ in Aorist. 1. quod magis ad parabolam qua-  
drare videtur.

*Quis homo  
seminans.*

XXIII. Per hominem seminantem intelligitur filius hominis v.  
37. seu homo, non communiter Quilibet, sicuti sumitur vox Iob. 25.  
6. sed singulariter Christus æternus Dei filius, homo factus, <sup>Exod. 22. 9.</sup>  
qui se periphrasticè filium hominis vocat non idèo, quod in ter-  
ris non habeat patrem, sed matrem tantum, & ita sit filius homi-  
nis sc. unius: Nam Mæst. <sup>Exod. 22. 9.</sup> huic explicationi repugnat:  
Neq; quod sciret, dum se filium hominis, non Dei diceret, ne-  
minet eā appellatione scandalizari posse, quod Tostatus in Matth.  
opinatur, Qui, præterquam quod distinguere debeat inter scandali-  
lum datum & acceptum, nobis rationem dicat, cur ob scandalum  
illud Christus hoc loco ab appellatione Dei abstinerit; non verò  
ob idem scandalum ab istis verbis, quibus sibi, licet homini, postea  
Regnum æternum & in Angelos imperium tribuit v. 41. sed hujus appellati-  
onis

lationis rationes pulchrè notavit D. Chemn. part. 2. Harm. Evnag. p. 150. 1. Quod sit appellatio, à Daniele c. 7. v. 13. quò Christus h. 1. respiciat, peculiariter Messiae tributa. 2. Quod Christus verus sit homo. Cum enim filius Dei potuisset è terrà sibi creare carnem humanam, sicut Adam formatus fuit, vocat se Christus non *homini* nem tantum, sed *filium hominū*, qui scilicet ex Maria carnem as. sumserit, factus ita *filius hominū*. 3. Quod in Hebræa lingua excellentes & clari viri, existentes in magnâ dignitate & autoritate, vo centur *filiū viri*; plebei verò & obscuri *filiū hominum*: ideoq; Christum se eriam proper summatum humilitatem & exinanitionem in formâ servi vocare *filium hominū*. Hæc Chemnit, qui etiam adhuc aliam rationem addit d. l.

XIV. Comparatur verò Christus cum homine semi-  
nante vel agricolâ 1. *Ratione typi*, quem primus homo, primus a. *causa come-  
tologicola*, gessit. Sicut enim Adam erat agricultura, terramq; cui Deus maledixerat, colebat, & suo labore illam fertiliorem reddere stu-  
debat. Gen. 3. v. 23. Sic etiam Christus, novissimus Adam 1. Cor. 15.  
45. omnia, quæ in Adamo perdidimus, restituere summa ope annitebatur. Consideretur ipsius labor Esa. 43. v. 24. c. 63. v. 1. san-  
guineus sudor. Luc. 22. v. 44. non simplex dolor & angor, sed <sup>labor</sup> ~~adversio~~ Matth. 26. v. 38. Ps. 22. 2. *Ratione similitudinis cum agri-  
cola*. *Agricola* summa opere fertilitatē soli operat: Christus omnijū ho-  
minū salutē 1. Tim. 2. v. 4. *Agricola* est sedulus, seminat, quo omnes  
comprehenduntur labores, sationē antecedentes & consequentes:  
Christus est sedulus ad impletendum nostri causa patris voluntatem.  
Ps. 40. v. 10. *Agricola* boni seminis est studiosus, non *Quid pro Quo*  
suicis mandat: Christus verbum suum, bonum illud semen, Matth.  
13. 24. in Ecclesia prædicari jubet. Mar. 16. ver. 15. *Agricola* zizania  
suo tempore eradicationem & igni mancipat; triticum in horreum colli-  
git: Christus omnes heres & scandala ex agro suo in die illo cen-  
sorio colliget & igni mancipabit: pios verò & bonos in patris re-  
gnum congregabit. Matth. 13. v. 42. c. 25. v. 34. 41.

XV. Sunt quidem & alii, qui seminant bonum semen, vi. *Apostoli &  
Ecclesiæ do-*  
delicet Apostoli, & Ecclesiæ doctores, qui pro Christo funguntur *flores sunt*  
legatione 2. Cor. 5. v. 10. Christi sunt cooperarij 1. Cor. 3. v. 9. Sed *etiam semi-*  
merito hic Christus seminationem sibi soli vendicat, cum illos *natores*,  
tantum ad culturam agri sui, tanquam instrumenta adhibeat, per  
illos & in illis agar, illiq; sint tanquam ejus manus: ipse verò uni-

B. *cus*



cus operis autor, à quo semen ipsum bonum, & profectus fructus,  
que omnis proficitur 1. Cor. 3. v. 7.

Quid bonū  
semen?

X. VI. Per bonum semen propriè intelligitur verbum Regni,  
quod vocat v. 19. vel verbum Dei Luc. 8; v. 11. quod in corde semi-  
natur. Ex illo enim divino & incorruptibili semine, per verbū  
Dei vivi & permanentis in æternum renascimur, 1. Pet. 1. v. 23. &  
per Evangelium filij Dei regnorum 1. Cor. 4. 15. Hoc semen est  
verbū vitæ Joh. 6. v. 63. est potentia Dei in salutem omni creden-  
ti. Rom. 1. v. 16.

Verbum  
Dei cur se-  
men?

XXVII. Verbum Dei comparatur semini. 1. Quia in semine est ca-  
lor naturalis: Verbum Dei est ignitum. Jer. 5. v. 14. 2. in semine est vir-  
tus nutrimentalis: verbum Dei etiam nutrit. Deut. 8. 3. Matth. 4. v. 4.  
3. in semine est virtus penetrabilis, in terram jactum radicem figit:  
verbum quovis gladio acutius. Ebr. 4. v. 17. Et multis alijs modis ver-  
bum ex semine comparari potest, De quibus vide Clav. Theol. Re-  
neccij lib. 2. p. 39. 40.

Cur Chris-  
tus bonum  
semen filios  
regni pos-  
cessit?

XXIX. Christus in explicatione parabolæ bonum semen, quod  
verl. 25. 29. 30. triticum. vocat, dicit esse filios regni v. 38. Qui idcirco  
bonum semen dicuntur, quod ex bono semine nati; non ex sangu-  
inibus, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo Ioh. 1. v. 13. id est, ex  
verbo veritatis. Iacob. 1. 18. Triticum v. pī. appellantur apertissimā  
comparazione, quod sicut hoc in cribro duriter agitatur, & con-  
curretur, ut sordes deorsum per foramina excidant; at bonum triti-  
cum panis mundus fiat; sic & pī variè tententur & concutiantur,  
ut qui minus sinceri sunt, cadant in prædam volucribus & Parcis,  
id est, diabolis: sinceri vero & constantes horreo Christi reser-  
ventur.

Filiī regni  
duplices;

XXXIX. Filiī Regni a. sunt duplices. 1. secundum hominum existi-  
mationē & judicium tales, qui describuntur Matt. 8. v. 12. de quib.  
dicitur, quod sint ejiciendi in tenebras exteriores. 2. secundum di-  
vinam prædestinationem tales, de quibus h. l. agitur. Ecclesiæ dicteur  
filiī Regni 1. quod cives sunt & domestici regni cœlorum, nimiri-  
tate bonorum illorum æternorum, quæ ipsis Deus præparavit.

Quid A/  
ger?

XXX. Per Agrum Ecclesiam militantem denotari ex toto con-  
textu apparet. Illius conditionem Christus descripturus, ab omni  
maculâ eam nunquam in his terris liberam futuram pronuntiat.  
Cum n. multi, yidentes in Ecclesia, quam Christus colligebat, con-  
fusam.

fusam bonorum simul cū malis mixturam, offendī & quid mīnus Ecclesia illius membra fierent, retardari possent; illorum animos hac similitudine Christus p̄̄ munire voluit, ut, scientes aliam Eccl̄ias faciem his in terris nunquam sperandam, se patientiā armarent inter scandala, quibus turbari possent, infraētām fidei constanciam retinerent, & liberationem ab illis expectarent. De Rebus mundi concionem instituere non opus erat, quem maximam partem ex malis constare, lippis & tonsoribus notum erat. Confirmano nostram etiam sententiam ipsa comparatio, quæ instituitur non inter Regnum mundi, sed inter regnum cœlorum, (quod supra Ecclesiam esse diximus) & agrum, ut in mediâ luce cœcutire necessum sit, qui aliter statuere velit.

XXXI. Christus autem Agrum vocat mundum v. 24. per Sy. *Cur Chris* tēdochen gen. pro specie 1. quia in mundo colligitur Ecclesia s̄us agrum 2. habito respectu ad vaticinia, quæ testabantur, non solam ludi mundum dicat? sed & gentes Christo venturas in hæreditatem, & terminos terra in possessionem. Psal. 2. v. 8. Esa. 49. v. 6. regnum q; Messia à mari usq; ad mare extendi debere. Zach. 9. v. 10. 3. Ad vaticiniorum impletionem; quoniam passim aratum suum ducturus erat per omnes mundi plagas, ut suum agrum excoletet in toto mundo, viæq; semen spargeret. Transtulit igitur ad totum mundum, quod parti tantum magis quadrabat.

XXXII. Comparatur Ecclesia agro aptissimā similitudi- *Quare Ec-* clesia compa- ne. Ut n. justo tempore, ager foditur, stercoratur, seritur, irriga- tur, & nihil non adhibetur, quo fertilior evadat: sic etiam in ædifici- paretur agro. canda Ecclesiā nihil omittendum, quod ad ejus incrementum fa- cere queat. Iam conciones legales proponendæ, iam Evangelicæ: jam adhortationes ad piè vivendum, jam dehortationes a vitiis iniitnendæ: Nec sufficit una vice hunc Ecclesiæ agrum dignè colere: sed continuaudus est labor, instandum tempore oportuno & minus oportuno, uti Paulus Timoth. suum adhortatur. 2. Epist. 4. v. 2. Hic est ager ille sanguinis, dictus Hacel dama, pretio sanguinis Christi emptus in sepulturam peregrinorum, i.e. nostri, qui peregrinamur a Domino 2. Cor. 5. v. 6.

XXXIII. In hoc agro fidelis agriculta operā fideliter ex- *In Ecclesia* culto, nil nisi bonum semen progerminare debebat. Sed zizania. Quid sit & cum crevisset herba, cum germinasset, cum pulga-

pullulasset, cum esset proxima ferendo fructui, apparuerunt etiam  
zizania v. 26.

*Quid zizanias?* XXXIV. Per zizania Bellar. omnes simul facinorosos intel-  
ligit, cui additipulantur Maldonatus, Beza, alijq; complures, verum,  
non promiscue omnes hæc voce facinorosos intelligi demonstra-  
tur 1. ex opposito semine. Quæ n. est ratio semenis, ea etiam ratio  
est vi oppositionis, zizaniorum. Atqui per seuen intelligitur ver-  
bum Dei, & qui illud proponunt, ut Pontificij & Calviniani plerique  
concedunt, E. in oppositione per zizania hæreses, & qui has  
proponunt, intelligendi erunt. 2. Qui contrarium sentiunt, re-  
ducendi sunt ad hoc absurdum: quod nimurum hac ratione equa-  
tur, nullum planè facinorosum seu fceleratum hominem à Magi-  
stratu è medio tollendum esse, quippe quorum extirratio homi-  
nibus interdicta, & Angelis demum in extremo judicio deman-  
danda, Siccine, negato proprio Magistratus officio, ipse Magis-  
tratus, cui Deus gladium accinxit, qui debet vindicare fcelera, &  
haec tenus minister Dei est, siquidem per illum Deus nocentes pu-  
nit. Rom. 13. v. 4. 5. 6. tollitur? 3. Ipsa zizanij natura hos evincit.  
quod priusquam ad justam pervenerit maturitatē, triticos similius est,  
quam ovum ovo, & lac lacti, ut in primâ herba vix ac ne vix qui-  
dem ab illo discerni queat. Notat igitur hæreticorum ingenium,  
qui sicut pietate, ad tempus sinceros doctores imitantur, ut jures,  
re&t; illos sentire, nihilq; fraudis sub pectore occultare: sed post-  
quam sese produnt, palam fit, quam sementi & frugum incremen-  
to officiant, sata strangulenta ac necent. Facinorosi autem & sce-  
lerati nomine palearum & tribulorum in sacris insigniri solent, mul-  
tò rectius, ut quæ facile agnoscuntur, & à tritico nullo negotio se-  
parari queant. Vide Matth. 3. v. 12. 4. Accedit denique consensus  
patrū, ad quos Pontificij semper provocare solent, qui per zizania  
etiam hæreticos cum suis intelligunt. Vide Chrys. Hom. 1. l. 47. in  
cap. 13. Matt. Cyprian. l. 3. Epist. 3. Hieron, teste ipso Janerio, E-  
piscopo Gandavensi in Histor. Evangel. super hoc Evangelium.  
Quibus subscribunt Lyra & Stapleton. item Becanus in Disp. de  
Hæreticis ferendis non auferendis, & Balduinum in Disp. de  
Hæret.

*Cur hæreses zizania.* XXXV. Hæreses igitur & hæretici zizaniis aut infelici lo-  
lio,

lio non sine causa comparantur. Ut enim hæc inter segetes latas  
non sine illarum damno, nascentur, & si farinæ misceantur, verti-  
ginem & vomitum pariunt vescentibus: ita hæretici, quamvis  
Ecclesiæ socij dici & haberi velint, huic tamen pestilentissimi sunt,  
pijsq; omnibus manseam pariunt, ipsi quoq; Deo, qui eos ex ore  
suo evomeret, ut de Laodicensibus Joh. in Apocal. cap. 3, vers. 16.  
testatur.

XXXVI. Christus hæreticos vocat filios nequam v. 38, *Iudas* § Christus xii.  
<sup>merg</sup> in casu secundo, quod diabolico Spiritu qui voce <sup>novem</sup> h. l. zania filios  
insignitur, sint pleni, ejus filij, non infusione, sed suggestione; non nequam dicit.  
creatione, sed imitatione: quales alloquitur Joh. 8. v. 44, vos ex pa-  
tre Diabolo estis.

XXXVII. Apparuerunt autem hæc zizania in tritico jam ena- Zizania ex:  
to: in primâ herbâ minus conspicu erat zizaniorum discrecio, jam <sup>improviso</sup>  
se manifestant, proditâ dissimilitudine: antea frumentorum fin- <sup>apparentia</sup>  
ceritatem æmulabantur, nacta eundem agrum, paricum tritico  
nascebantur felicitate: sed jam, detectâ hypocrisi, cum spicam de-  
se emitunt, fructusque edunt, tûm maximam videas disparita-  
tem, his nullum, vel certè malum fructum producentibus, bono  
verò semine optimum triticum proferente. Simili modo hæretici  
specie contendunt cum veris Christianis, nomen Christianum,  
sacramentorum communionem, vita que integratatem pra se fe-  
runt. Sed cum eò profecerunt, ut videre liceat fructus, quos edunt,  
vel proximè edere meditantur, tûm demum manifestum sit di-  
scrimen, pijs fructus Spiritus, his opera carnis, dæmonisq; pro-  
ducientibus.

XXXIX. Hæc est illa Ecclesiæ conditio, quamdiu his in- Semper in  
terris peregrinatur, Seminat Deus bonum suum semen, sed mox Ecclesia ap-  
apparet zizania, imò totum fermè agrum sàpè occupant, ut ex paruerunt.  
historia primi mundi appetat. Constituerat enim Deus Ecclesiam  
suam in Adamo & Eva, eorumq; liberis; mox apparet infelix illud  
lolum, Cainus fratricida: Qui licet à facie Dei ejectedus, ejusq; po-  
steri à filijs Sethi separati fuerint: non tamen diurna erat hæc se-  
gregatio; sed filij Dei iterum per conjugia & omnis generis com-  
mercia Cainitis sese permiscuerunt; qua eo usq; progressa est con-  
fusio, ut zizania non modò inter triticum comparuerint, sed totum  
ferre genus humanum occuparint, ut yix pauculae piorum patrum.

spicæ in toto mundo reliquæ essent, qui simul omnes ante diluvij  
diem morte sublati sunt, excepto Noacho, cum sua domo, qui  
cum hac in arcâ servabatur. Cumq; mundus a malis purgatus  
undiq; videbatur, illicò apparet Iossum aliud, Chamus, cuius po-  
steritas latè diffusa est. Idem de tempore patriarcharum, Abraha-  
mi, Isaaci, Jacobi &c, dicendū, qui etiam quicq; suum Iسماءل  
Efavum, Ruben, habuerunt. Et sic deinceps nunquam criticum  
putrum absq; zizanis dari potuit, adeo ut etiam Christi Ecclesie in  
N.T. Judam proditorem, Petrum abnegatorem, & simul omnes  
discipulos ambitiones & regni terreni affectatores habuerit. Et si  
quis usq; ad nostra tempora Ecclesie faciem examinare velit, ci-  
tius initium, quam finem dicendi inveniet. At vero, quænam causa  
hujus mali? unde zizania? Hoc docet alterum membrum nostræ  
parabolæ, quod jam videbimus.

*2. Unde hypo-  
pocrita.* XXXIX. II. Parabolæ nostræ membrum, nimirum quifiat,  
quod tam multi in Ecclesia sint hypocritæ, describitur his verbis v. 27,  
accidentes autem servi patris familiæ, dixerunt ei: Domine nonne bonum se-  
men seminasti in agro tuo? unde autem habet zizania? v. 28. Et at illi:  
zimicus homo hoc fecit, vers. 25: Cum enim dormirent homines venit  
zimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici & abyit.

*Serbi cur  
Dominum  
accendant.* XL. Accedunt servi Dominum, rem mirificam cognituri.  
Scient 1. patris familiæ naturam, qui huic malo exorti lolij nullam  
causam dederit. 2. agri curam, in quo nihil, quod ad produc-  
ctionem boni semenis facere posset, neglectum erat. 3. Seminis  
bonitatem, quod optimum triticum fuerat. Unde non immerito  
querunt: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Ex bono nil  
nisi bonum potest enasci. Unde E. zizania?

*Quinam  
serbi.* XLI. Per servos Bellarminus & communiter Calvinianū  
intelligunt eos tantum ministros, quos constituit Deus super fa-  
miliam suam. Minus Celsus lib. de hæret. per servos intelligit  
Angelos: sed errat hic & illi. Servi enim quorum fit mentio  
ignorant iniurici factum, zizania inter triticum seminantis: de  
Angelis verò dici nequit, quod ignorant, quid Satanus in mun-  
dii, quo nomine omnes pij & credentes intelliguntur, qui ap-  
pellantur

pellantur servi i. ratione juris & debiti, quod teneantur piè & justè *Cur pii ser-*  
vivere. 2. ratione officij & ministerij quod præstatur Deo.

*Serborum  
studium &  
modestia.*

XLI I. Horum servorum studium & modestia describitur.  
Studium in eo, quod in causas, exorto malo, inquirant, nec fortui-  
to aut naturaliter ita fieri existiment. Modestia verò in eo, quod zi-  
taniorum proventum domino nolint adscribere. Et quia non pos-  
sunt veras causas animadvertere, erudiri cupiunt.

XLI II. Ferunt igitur ad propositum *Syrus* responsum: ini-  
micus homo hoc fecit. i.e. inimicus aliquis, ex Hebraico dicendi *Domini R.*  
genere, apud quos illa Appositio frequens. Syrus habet: vir inimi- *ad Q. ser-*  
*citus* *aut* *vorum,*  
Quâ responſione omnes alia cauſe removentur. Agri  
aliquod vitium esse poterat, triticiq; quædam corruptio deneg-  
rantiſ in solo uliginoso, aut fémantis aliqua imprudentia cum  
tritico arripiens simul lolium. His verò omnibus hac responſio-  
ne caveatur, & in veram cauſam efficientem culpa transfertur, vi-  
delicet in inimicum hominem.

XLI V. Per inimicum Diabolus intelligitur, vers. 39. cuius *Quis inim-*  
fraude ager lolio adsperrgitur. Is inimicus est Dei & hominum: *micus?*  
ideò primum hominem à Dei obedientiâ abduxit, ut & gloriæ  
Dei, in quam conditus erat, officeret, & in illo tocam ejus po-  
steritatem male perderet; quare etiam homicida jam inde ab  
initio fuisse dicitur, Johan. 8. vers. 44. ipse est serpens ille infer-  
nalis, qui infidiatur calcaneo Christi. Gen. 3. vers. 15. & tan-  
quam leo rugiens circumit dies noctesque, ut nos devoret 1. Pet.  
5. vers. 8.

XL V. Notanda verò probè inimici astutia 1. Spargit ziza- *Inimicus:*  
nia in alienum agrum. De ciculo tradunt Historici, quod ova *astutus.*  
sua in alterius nidum ponat: Sic & diabolus facit. Non novam  
Ecclesiam sibi colligat in cerro aliquo loco, ne fraus ejus innote-  
cat; sed in medio Ecclesiæ Christi sinu se ponit, ibiq; suum infelix-  
spargit lolium. Inde proverbio dici solet: ubicunq; Christus adi-  
ficat templum, ibi Satanas suum quoq; extruit sacellum. 2. post se-  
minationē tritici tandem & ipse seminat; non est prodigus, obser-  
vat aliorum labores: quando jā Evangelium prædicatū est, & ager-  
fructus bonos ferre incipit, quādo homines ad cognitionē Christi  
conversi sunt; tum & ipse suam fementem facit. 3. Seminat noctu-  
dormia.

dormientibus hominibus. Occasionem diligenter observat, & si eos dormire, atq; in suo officio securos esse videat, quibus agri sui curam commisit Deus; si item in salute suâ tuenda negligentiores sint, quos verbi sui prædicatione Deus illuminavit; mox nihil hujus opinantibus adest improbus ille, & submittit impostores, malorum inventores, qui non ipsi modo peccant, sed suo exemplo alios offendunt; & à salutis viâ ad avia abducunt. Imitatur feles, quæ magno silentio & levibus vestigijs avibus obrepunt, insidiantur. 4. abit, scire nolens à se factum dissimulat, quod fecit, & quasi nullus illuc adfuerit, se se occultat; quanto studio potest, perdes suos abscondit, in Angelum lucis se transformat 2. Cor. 11, v. 14. pessimas suas suggestiones fuso caritatis, concordiae, religiosis & pietatis praetextu commendat.

Heresium  
autō Dia-  
bolus.

X L VI. Discimus igitur hoc loco, quod tam multæ orientur in Ecclesia hæreses, id nulli' alij causæ, quām soli Diabolo adscrībendum esse, fidelibus Christianis improbos & infideles admiscēti, qui agrum Christi totasq; segetes ita deforment. Novimus, quid Satanas indè à condito mundo ad nostrā usq; tempora molitus sit, quomodo sua sparserit zizania. Ipsius insinuūt Israëlitæ vitulo ex auro conflatili sacrificabant. Salomon, Rex sapientissimus ad idololatriam deflebat, quam Jerobeam in populo Israëlico iererum instituit. Manasses restaurabat 2. Reg. 21. v. 2. Ab ipso Cerinthus, Ebion, Manichæus, Arius, Sabellius ortum suum habent. Sed qualis tandem sors tritici & zizaniorum?

3. Sors pio-  
rum & mar-  
lorum.

X L VII. III. Membrum parabolæ sortem utrorumq; de-scribit his verbis v. 28. Servi autem dixerunt ei: vñ igitur, imus, & colligimus ea? v. 29. Et ait: Non; ne forte colligentes zizania, eradicemus & colligimus eis & triticum v. 30. Sinite utraq; crescere usq; ad messem; Et intem-  
re messū dicam messoribus: Colligite primum zizania, & allegate ea in fasci-  
culos ad comburendum; triticum autem congregare in horreum meum.

In oratione  
servorum  
que nota-  
da?

X L IX. In oratione servorum patrisfamilias notanda 1. ovutæ da quā condolent sorti tam adversæ, quod præter omnem spem agrum zizanijs impletum vident. 2. officiorum suorum promita oblatio; labores nullos recusant, modò eradicetur lolium.

Quæ in re-  
fponsione  
Patrisfa-  
milia?

X LIX. Sed expendenda diligenter patrisfamilias Respon-sio, salubrius consilium proferentis. 1. Consilium servorum, ut perniciosum, rejicit, 2. subjicit ~~xaracœvñ~~, quæ habet rationem va-lidam

lidam ab importunitate vel damno, ne sc. præter intentionem  
eradicent simul & triticum. <sup>non</sup> non dubitantis particula est hoc  
loco, sed prædicentis rei eventum, quasi dicat, fieri non potest, ut  
noxias herbas truncetis sine magna tritici jactura, cujus plantæ  
simil in discrimen traherentur duplo majus, quam patiantur, lolio  
salvo.

L. Argumentum dissuasorum ejus tale fuerit: Omnis labor,  
qui spectat non solum ad perniciem lolij, sed etiam ingens pericu-  
lum tritico ad fert, non à me concedi, nec à vobis sumi debet. Ve-  
ster labor, quem offertis, non solum ad perniciem lolij, sed etiam  
ad periculum tritici spectat. E. vester labor non à me concedi, nec  
à vobis sumi debet.

L. I. Modum igitur præscribit servis, illorumq; zelum frenat  
& moderatur, ne amore Ecclesiæ ducti, quod contra Deum & di-  
lectionem proximi sit, perpetrent. Frustraneus enim labor est.  
Ecclesiam, quæ nunquam absolute his in terris pura esse possit, ab  
omni errore purgare velle. Quin etiam judicia Dei inscrutabilia  
& mirabilia sunt in convertendis hominibus: alij manè, alij ve-  
spiri, alij circa octavam horam, circa nonam & undecimam alij  
vocantur, qui sanè in primâ herbâ statim sublati in veram viam re-  
duci non possent. Quò etiam respicit Paulus 2. Timoth. 2. vers. 25.  
quando corripi eos jubet, qui resistunt veritati, ut Deus det illis  
penitentiam ad cognoscendum veritatem, & resipiscant.

L. II. Nullo v. modo Magistratus officium hic tollitur, quod <sup>R. patrifica</sup>  
in tuenda sanâ doctrina & conservandis bonis, legibus consistit. <sup>milias non</sup>  
nec sapè sine severiori in scelestos animadversione peragi digne-  
potest. Vide Rom. 13. 4. Gen 9. v. 6.

L. III. Nec Concionatoribus prohibetur falsam doctrinam vel  
scandala publica reprehendere. Dicit enim parabola; dormienti  
bus hominibus sparsa esse zizania, E. somnum illum Deus severè  
prohibet. Ezech. 3. v. 17. Speculatorum, ait, constitui te domui  
Israël, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me, v. 18.  
Si, dicente me, ad impium: Morte morieris, & non annunciate-  
ris ei, neq; locutus fueris, ut avertatur a via sua impia, & vivat: ipse  
impius in iniuitate suâ morietur, sanguinem autem ejus de manu  
tuâ requiram. Et Paulus Actor. 20. v. 28. Attendite vobis, & uni-

verso gregi. 2. Tim 4.v.2. prædica verbum, insta opportunitate, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.

Nec patrum  
familias  
seu præces  
ptorum.

Sed de ha-  
reticis hic  
agitur.

Quid sit:  
Sinite cre-  
scere?

Quid tem-  
pus messis?

Qui mes-  
ses?

Etiam A-  
postoli mes-  
ses.

L IV. Neq; patribus familias & præceptoribus dicitur, ut permittant inventuri sibi commissæ quævis sceleræ Siracides n. id multis in locis prohibet; & Deum à manu parentum filios requirere exemplum Eli demonstrat. 1. Sam. 4. v. 18.

L V. Sed de Hæreticis & Hæresiarchis, ut th. 34. demonstravimus, hic omnis sermo est, qui sanâ doctrinâ reliqua, peregrinam fiantur, vel ex orco protrahunt: in hos, quatenus tales, ne gladium exerceant, pjs interdicuntur.

L VI. Illa igitur verba: Sinite crescere: non sunt verba confirmationis & approbationis illorum, sed consolationis & exhortationis piorum ad patientiam, ac si diceret: Alter nunquam fiet, co-gemini semper ferre malos in Ecclesia, quæ sine illis niquam erit; ideoq; invicti estore & patientes, & tempus aliquando fore scitote, quo admixtum illud lolium à puro tricico separetur, vosq; ab omnibus hæresibus liberi sitis futuri.

L VII. Unde subjungit: Et tempore messæ dicam messib[us]: Col- ligite primam zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.

L IX. Per tempus messæ consummatio seculi intelligitur v. 39. quæ messis dicitur 1. quod tunc omnes homines maturi sine futuri ad accipendum sive bonum sive malum, prout meriti sunt, 2. quod idem omnes ceu maturum frumentum metendi sint & refecandi. De hac messa vide Apoc. 14.v. 14.

L X. Per Messores Angelii intelliguntur v. 39. Minus Celsus lib. de Hæret. intelligit Angelorum certum ordinem, cui hæc zizaniorum interdicta sit eradicatione. Generale Angelorum omnium officium esse dicit in servire hominibus: hoc vero speciale ad certos quosdam pertinere. Sed 1. hæc determinatio certi Angelorum ordinis non in textu addita est, 2. Matth. 25. v. 31. omnes in genere Angeli dicuntur cum Christo venturi in messæ ultimæ, & congregaturi omnes gentes ante ipsum.

L XI. Alibi Apostoli Messores dicuntur. Joh. 4.v. 38. respectu Prophetarum, in quorum laborem ingressi sunt: Nec quicquam impedit, quod minus adhuc pjs doctores metere dicantur, nim. inchoati: sicut & Christus Matth. 3. v. 12. ventilabrum dicitur in manu habere, quo aream suam purget; sed hanc demum in extremo die messem.

messel consummabit, & juxta Apocalypsin extreimam manum  
purganda Ecclesia per Angelos apponet, quorum ministerio ipse,  
tanquam *primarius messor* utetur, qui vivos & mortuos ad judicium  
cogent, hædos ab ovis separabunt, hasq; ad dextram, illos ad si-  
nistram collocabunt. Matth. 25. v. 33.

L XI. Non autem eadem sors & idem exitus erit pierum &  
malorum. Horum sors infelix erit: 1. sunt *colligendi*, ne quis poenas  
evadere possit. 2. sunt *alligandi*, ne exeat de inferno vel de loco  
ad locum. 3. sunt *alligandi in fasciculos*, ut pares paribus socien-  
tur. Hinc Vincentius, teste Pelbarto in sermon. Pomerij &  
in uno fasciculo, inquit, Imperatores, Reges, Principesque mali,  
in alio omnes Ecclesiastici, Prælati mali, in 3. male religiosi. Quar-  
to fasciculus habebit malos judices, advocatus, notarios, &c.  
Quintus malos presbyteros & clerros. Sextus superbos. Septimus  
avaros, & usurarios: latrones, falsos mercatores. Octavus luxu-  
riosos, & sic de aliis peccatis. Deniq; 4. sunt *comburendi*, ita tamen,  
ut nunquam consumantur, nec conbustione ullus finis sit. 2. Thess.  
1. v. 9. poenas dabunt in interiu aternas à facie Domini, & à glo-  
ria virtutis ejus. Apoc. 20. v. 10. bestia & Pseudopropheta crucia-  
buntur die & nocte in secula seculorum.

L XII. Hæc postea Dominus ita exponit, *projicientur in caminum*  
*ignis*. v. 42. non dicit, *in ignem*, sed *caminum ignis*, ut ardoris illius ve-  
hementiam inevitabilem & perpetuam eò melius exprimat. Ut  
n. illi, qui in fornace ardenter injecti sunt, non ignis supplicium  
effugere possunt, sed undiq; tam igne, quam fornace conclusi sunt,  
sic impjs nunquā ex inferno patebit egressus, aut liberatio ex cru-  
ciatibus ignis illius aterni. Similis ferè hujus loci descriptio apud  
Ez. c. 30. v. 33. extat, de Asyrii tyranni poenis vaticinante: præparata  
est ab heri Tophet, profusa, & dilatarata: habitatio ejus ignis & lin-  
gna multa, flatus Domini, sicut torrens sulphuris, succédens eam.

L XIII. In camino ignis dicit fore *fletum & stridore dentium*. Qui-  
bus verbis suffusus animæ & corporis dolor, & extreimæ poenæ de-  
clarantur. Qui plorat, & dentibus stridet, eum maximo malo adfici  
necessit est: sic & inenarrabilis in inferno dolor erit damnatorum.

L XIV. Justorum v. *sors lata* erit. *Triticum congregabitur in horreum* Pierum  
Christi. Horreum postea exponitur per Regnum Patru v. 43. Quod *sors lata*  
horreum dicitur quia in illo tanquam frumentum in horreo pij  
conducuntur & reservantur.

LXV. Immò in Regno Patris eorum fulgebunt sicut Sol,  
v. 43. In quibus verbis tacita Antithesis est præsentis status Ele-  
ctorum & futuri: hic opprimuntur, injurijs probrisq; afficiuntur,  
sunt obscuri, & longè minoris elegantia quam reprobri: sed ibi  
alia eorum facies erit: discussis omnibus miseria nebulis, conspi-  
eui, in pretio & honore sunt futuri, sicut Sol fulgebunt. 1. quia  
nihil in eis tenebricosum erit. 2. quia tunc ab omni malo libera-  
buntur. 3. quia omnibus apparebit, eos esse filios Dei: de quo im-  
prij, & non raro ipsi pij, his in terris varijs calamitatibus obnoxij,  
dubitabant.

LXVI. Splendor hic & gloria beatorum in altera' vita be-  
ne perpendendus est: Iesu Matth. 17. v. 2. Christus in monte trans-  
figuratus est, & resplenduit facies ejus sicut Sol: hoc beatis etiam  
eventurum Christus prædict. Re familiari beatitudinem Domi-  
nus declarare voluit. Nihil fulgentius Sole; piorum tamen clar-  
itatē fore tūm magnificientiorem, tūm oculis gratiorem, quam  
Sol eclipsin patiatur: pij verò ibi in peccatum ruerū non possint?

LXVII. In transfiguratione Christi discipuli præ delecta-  
tione spectaculi, quod videbant, ex tra se rapti nesciebant, quid di-  
cerent: quantum, putas, pij ibi delectabuntur, videntes Deum de  
facie ad faciem, ipsiusq; gloriā fruentes? Da Deus, ut aliquando  
hanc delectationem & gloriam re ipsa experiamur. Amen.

## Q U A E S T I O I. An in Ecclesia sint Hæretici? A.

In externâ Ecclesiæ societate multos admixtos esse Hæreti-  
cos ex præsenti Evangelio demonstratur, ubi Christus Ecclesiam  
depingit, quod sit Ager semine bono, & zizanijs respersus. Si igitur  
zizania (per quæ Hæreticos intelligi supra demonstravimus) inter  
bonum semen, hoc est, sinceros Christianos, in uno Agro seu Ec-  
clesia reperiantur, consequens utiq; erit, si Ecclesiam sub vexillo  
Christi his in terris militantem non omnino ab Hæreticis vacuum  
esse. Probatur id porro ex 1. Cor. 11. v. 19. oportet hæreses inter  
vos Corinthios esse, Quæ Corinthiana Ecclesia omnium confes-  
sione vera Ecclesia fuit, Vid. 1. Cor. 1. v. 2. De Galatis idem Paulus  
ait

act. 3. v. 1. O stulti Galatae, quis nos fascinavit non obedire veritatem. Et Antichristus dicitur locum occupaturus in templo Dei 2. Thess. 2. v. 4. Sic etiam in Ecclesia Ephesina futuros viros loquentes perversa prædictit Paulus. Act. 20 v. 30.

Errat igitur Bellar. qui lib. 3. de Ecclesia milit. cap. 4. id negat allegans 1. Tim. i. v. 20. Quidam circa fidem naufragium fecerunt. Argumentum rale fuerit: Quicunq; circa fidem naufragium facit, ille non est in Ecclesia. Fides enim proprie Ecclesiæ est. At qui hæretici circa fidem naufragium faciunt. E. R. 1. vocabulū Ecclesiæ aut strictè sumitor, aut latè, strictè pro sanctis sive verè credentibus, &c sic, qui circa fidem naufragium fecerunt, non sunt in Ecclesia: latè, pro rato catu vocatorum, & sic etiam illi, qui circa fidem salvificam naufragium fecerunt, sunt in Ecclesia visibili. 2. Qui circa fidem naufragium fecerunt, sunt duūm generum, 1. illi, qui ita fidem veram amiserunt, ut publicè ob hæresin, quam fovent, ab Ecclesia per Excommunicationem separentur, sic uti Hymenæus & Alexander, de quibus hic Paulus loquitur; & tales ad Ecclesiæ non pertinent. 2. Circa fidem naufragium faciunt, qui occultè hæresin fovent: Hi quidem seipso ab Ecclesia verā separent. 1. Joh. 2. v. 19: quamdiu verò non manifesti sunt, neq; ex Ecclesia recessunt, pro ejusdem membris externis reputantur. 3. Bellarm. Ecclesiæ ita definir, quod si cœtus hominum ejusdem Christianæ fidei professione, & eorundem sacramentorum communione colligatus sub regimine legitimorum Pastorum, & præcipue unius Christi in terris vicarij Romanorum Pontificis 1. 3. de Ecclesia mil. c. 2. Atqui in hoc cœtu, quosdam foventes hæresin reperiri & aliquandiu tolerari nemo negabit. 4. Ubique Deo adhuc generantur liberi, ibi est aliqua Ecclesia. Nam extra Ecclesiæ nulla est salus. At verò apud Hæreticos Deo adhuc generantur liberi per Sacramentum Baptismi, & partem verbi, quod retinent, incorruptam. Quis enim omnes infantes & laicos in Papatu damnaret? & hanc ob causam ipsi Pontificij infantes, in Ecclesiis nostris baptizatos, si in ipsorum potestatem veniant, non rebaptizant. E. apud Hæreticos est aliqua Ecclesia. Ad reliqua dicta Script. itidem facilis est Responsio.

Hinc autem appareret, quid sentiendum sit de altera illa Q. quæ nobis cum Pontificijs intercedit: An videlicet Ecclesia possit erare & ubi affirmativam itidem tenemus. Si enim Hæretici sunt in

Ecclesia, utique sequitur, aliquos in Ecclesiam errare posse, cum nemo Haereticus sit, qui errorem non amplectatur. Liquet hoc etiam inde, quod Iepenumerò Concilia errarint. Mediolanense & Ariminense Arianismum probarunt. Ephesinum II. Eutychianismum. Ipsi Pontificij Concilia Constantinopolitanum anno 730. & 755. Pisanum An. 1511. in totum rejiciunt. Quod certa decreta concilium Constantinopolitanum tempore Theodosij Senioris, Chalcedonense, Trullanum, Francofurtense Anno. 794. Constantiense, Basiliense. Verum, si penitus rem inspiciamus, de Solo Papa, quem voce Ecclesiæ intelligunt, hic Questionem esse deprehendimus; An scilicet is errare possit; id quod non dubitat pars adversa inficiari. Sic enim statuit, Papam non solum in Concilio esse Praesidem, sed etiam summum Ecclesiæ Principem, ideoq; tantum abesse, ut pluralitas votorum in Concilio aliquo vim obtineat, ut ipse solus contra omnes Concilij patres statuerre possit; Et si ipse absens Nuntium suum cum pleno mandato mittat, tum Concilium, ipsius jussa capessens, errare non posse: si minus totum Concilium irritum censendum esse. At nos Resp. 1. vocem Ecclesiæ nuspianam in Script. pro solo Papa inventi, 2. Scripturam potius ejusmodi generale & visibile Ecclesiæ caput ignorare. 3. Sacerdotium Aaronicum, ab ipso Deo institutum errasse, vid. Exod. 32. vers. 6. 2. Reg. 16. II. Esa. 28. 7. cap. 56. vers. 11. Jerem. 2. vers. 8. cap. 6. vers. 13. cap. 8. vers. 10. cap. 18. v. 18. cap. 23. v. 11. Matth. 26. v. 57. 4. primitiva Ecclesia Episcopum Romanensem non supra ceteros Episcopos, tanquam illorum caput, collocabat. Hinc in Concilio Nicenciano. 6. Episcopus Alexandriæ Ecclesiæ Ægyptiacæ, Episcopus Romanensis Romanæ præficitur Vid. etiam Sacrat. lib. 5. cap. 8. & Concil. Ephes. can. 8. Hinc Papa Gregorius Magnus affirmabat, eum, qui se se Universalem Episcopum appellaret, vel ipsum phyrinus haeresin Montani approbavit? Annon Marcellinus iudicis Ethnicorum sacrificavit? Annon Liberius Athanasium damnavit? annon Felix Liberij successor Arianorum errori adiactus fuit, & Anastasius Nestorianorum? ut de Innocentio I. Vigilio, Gregorio III. Nicolao I. alijsque compluribus nihil dicamus. 6. Pontificis haeret aqua, si quando certi quid de Concilio

Concilio, An sit supra Papam, nec ne, statuere jubentur. Concilium quidem Pisanum, Constantiense, Basiliense generale Concilium supra Papam collocant. 7. Papa Hæreticus esse potest: quidni errare possit? Adrianus VI. in quaestione de Confirmatione. Anacletus Epist. 3. Innocentius III. de consecratione Pontificis serm. 2. Concilium V. sub Symmacho. Concilium VIII. gener. actor. 7. Jus Canon. dist. 40. cap. si Papa. Alphonsus de Castro. Bellarm. l. 4. de Rom. Pontif. cap. 6. dubitat. probabile est, inquit, pieque credi potest, summum Pontificem, non solum, ut Pontificem, errare non posse; sed etiam, ut particularem personam hæreticum esse non posse, falsum aliquid contra fidem pertinaciter credendo.

## Q U Æ S T I O II.

### An Hæretici sint interficiendi? N.

Non hic Hæreticum dicimus, qui credere renuit ijs omnibus, quæ in Ecclesia Romana pro veris tradita sunt, c. nulli, dist. 12. vel qui omniibus ac singulis Papæ decretis obtemperare recusat, gl. distinct. 10. c. nulli, & dist. 21. ut nec istum, qui Antipodas esse adfirmat, quo nomine quendam Virgilium Episcopum in criminali hæresos vocatum fuisse, testis est Johan. Aventinus lib. Annal. 3. Nec denique istum, qui de festo Paschatis non idem sentit, quod Ecclesia; cuius causa Victor Papa Rom. Ecclesiæ Orientales hæreticas esse pronunciavit Anno C X V I I I . ob id reprehensus ab Irenæo. Vid. Euseb. lib. 5. cap. 23. Sed Hæreticus est persona in Ecclesia gremio confiruta, quæ articulum aliquem fidei pertinaciter ac malitioso non sine magno Ecclesiæ scandalo oppugnat, vid. Galat. 1. 9. 2. Timoth. 2. 1. Timoth. 6. 3. Tit. 1. 13. cap. 3. 10. 2. Timoth. 3. 8. 2. Petr. 2. 1. Ex qua Definitione apparet, Hæreticum

I. *Essere in Ecclesia.* vid. Quæst. præced. Hoc igitur nomenEthnicis non imponendum, quos tantum abest, ut intermissioni velit datos Zwinglius, ut potius quibusdam ex illis, ut Herculi, Theseo, Socrati, Aristidi, Camillo, Seneca, Cato-

Catonibus, Scipionibus, non ultimum in cœlis locum assignet.  
vid. Expol. Christianæ fidei ad Reg. Christianis. Turcis quoque  
Tartaris, Persis, Judæis, &c. qui extra Ecclesiam sunt, nomen infe-  
dclium magis propriè dabitur, quam hoc Hæreticorum.

2. *Errare in doctrina.* In cohortem igitur Hæreticorum facino-  
rosos non scribimus, adversus quos gladium stringit Magistratus.  
*Rom. 13. v. 4.*

3. *Errare in articulo aliquo fidei.* Schismaticus verò, fundamen-  
to retento, turbas in Ecclesiâ movet: quamvis ille & iste D. Apo-  
stolo sint in honore pares *i. Cor. 11. v. 18. 19.* adeoq; unus pro alte-  
ro ponatur, id verò exinde factum, quod Schismatici plerumque  
& species differunt.

4. *Errare pertinaciter, sine tamen blasphemia aperta vel seditione.* Ob-  
blasphemiam v. de Michaelo Serveto Anno 1553. Genevæ sup-  
plicium sumptum est, & de Valentino Gentili Bernæ Anno 1565.  
Beza in vit. Calv. vol. 3. f. 377, ob seditionem de Anabaptistis. vid.  
Comment. Slediani.

5. *Errare malitiosè.* Excipimus igitur ex num. Hæreticorum-  
Ecclesiæ Doctores, qui in interpretandis script. à verò sensu inter-  
dum deviant, modo à fidei analogia & Ecclesiæ unitate non disce-  
dant. Donum enim explicandi Scripturas, non æquè omnibus da-  
tum est. *i. Cor. 12. v. 10. c. 14. v. 32.* Excipimus etiam seductos, ex-  
rōrem non propagantes.

6. *Errare cum magno Ecclesiæ scandalo.* De illis igitur, qui in oc-  
cultis prava dogmata fovent, non hic queritur. An verò Hæretici,  
uti jam descripti sunt, interficiendi? N. his argumentis: 1. Quicun-  
que cum orthodoxis relinquunt jubentur, illi occidi prohibentur. At  
hic Hæretici per zizania intellecti relinquunt jubentur *v. 30. E. 2.*  
Quod hominibus est interdictum, Angelis autem præceptum.  
zizania intellectos hominibus est interdictum; Angelis autem  
præceptum *v. 30. E.*

Adjunge *Vaticinium.* *Esa. 11. v. 6. 9.* Ecclesiam N.T. sine cæde  
& sanguine doctrinam Evangelij propagaturam. *Corectiones*  
*Christi,* *Luc. 9. v. 55.* cum discipuli igne cœlitus evocato Samarita-  
nos perdere vellent. *Præceptum Pauli.* *Tit. 3. v. 10.* Hæreticum ho-  
minem

minem post unam & secundam correptionem ~~meatū~~, devita: circa quem locum Thomas divisionis fallaciam commisit, de vita, sc. tolle, praxin Ecclesie veteris. Arius in exilium condemnatus. Socratis, l. 1, c. 8. Novatiani, Valentiniani, Marcionites à Constantino M. proscripti. Euseb. l. 3. devita Conſt. circa finem Apollinaris & Nestorius in exilium pulsi. Niceph. lib. 8. histor. Eccl. c. 43.

Errant igitur Sanguinarij Pontificij, ut Thomas 2. 2. q. 16. art. 8. Bellar. l. 3. de Laicis c. 21. Gregor. de Valent. t. 2. dīsp. 1. q. 11. Burdckhard. in Auton. Windeck. in prognost. Gretserus in vita Ignatij Lojolæ l. 2. c. 6. qui Hæreticos ferro & igne necandos stauunt.

Errant Calviniani, Pontificijs succenturiati, ut Beza vol. 1. fo. 153. & seqq. Bucan. loco 49. q. 34. p. 717. Anton. Faius in vita Bezae, Bellini. conc. 18. fol. 89. Danæus in Ethic. Christiana l. 2. c. 13. fol. 159. Jun. in defens. 2. de S. Trinit. Heidelb. edita anno 1591. p. 4. quem sequuntur Herbornenses in Notis ad expof. Catech. p. 147. seqq. Zach. Tom. 2. miscell. Loco de Magist. quo pertinet distichon, quod Lucas Osiander in Resp. ad Apol. Heidelb. p. 64. recenset, quondam conciliu Johannis Casimiri, & templi valvis ad scriptum: O Casimire potens; servos expelle Lutheri; Ense, rota, ponto, funibus, igne neca.

Ad Argumēta nostra ex Evangelio dēducta. duplīciter excipit Bel. Tom. 2. l. 3. de Laicis. c. 22. 1. Christum nomine zizaniorū omnes omnino scelastos & malos intelligere, quos undiq; extirpare prohibeat: 2. Non absolute extirpationem, sed certo casu prohiberi, nimirum si fieri cum detimento bonorum; aut quod hæretici non sint satis noti, aut quod periculum sit, ne plectantur innocentes pro nocentibus, aut quod sint fortiores nobis, & fieri possit, ut, bello aggredi, plures ex nobis cadant, quam ex illis. Ex unguibus hic leonem astima. At Resp. adi. negando per zizania omnes in genere scelastos & malos intelligi; sed saltē Hæreses cum suis autoribus hoc nomine vocari supra probatum deditimus th. 34. In hæreses igitur & hereses autores, hic gladio savire Christus prohibet. Ad 2. Resp. ubi causa præcepti generalis est, ibi præceptum ipsum est generale. At causa præcepti hic est generalis, non certi casus: Ne sc. colligendo violenter zizania simul eradicetur, & triticum. vid. th. 49. 50. Ergo & ipsum præceptum

generale est. Non urgeas pro eodem & sociis Legem Dei in V. I  
de Pseudoprophetis occidendi Deut. 13. v. 5. 8. 9. 10. cap. 17. f. C. 18. 20.  
Edicta Regum. Nebucadnezaris Dan. 3. v. 96. Darii. Esdræ 6. 11.  
Artaxerxis Esdræ 7. v. 25. Testimonium Zachariae c. 13. v. 3. Nam  
1. lex illa Dei ad LL. forenses pertinet, quæ cum tota politia Mo-  
saica nunc sublata, genere, quod in illis morale, & juris natura,  
retento. Vid. Dan. 9. v. ult. Gen. 49. v. 10. Luc. 16. v. 16. Magis  
autem severè Deus hac in parte cum Iudeis, quam reliquis gen-  
tibus agere voluit, tūm, quod nuper admodum hunc populum in  
peculium sibi elegisset, variis quoq; & extraordinariis beneficiis  
affecisset Psalm. 49. v. ult. tūm quod illum Religionis Magistrum,  
& q. Scholam publicam esse veller, à quā verum Dei cultum,  
reliquæ gentes discerent, Iohann. 4. v. 22. tūm deniq; quod, su-  
gentibus multis in gente illa Pseudoprophetis, Messia adven-  
tus redditus esset dubius. Deinde, haut probari potest, in locis ex-  
Mose citatis, de eiusmodi, quales nostro seculo sunt, agi ha-  
reticis. Partim enim de Pseudoprophetis ibi sermo est, qui formia  
& visiones jactitant, partim de rebus forensibus, partim de idolatria  
extra Ecclesiam; ideoq; ad præsens negotium non sine Elen-  
cho *irrægularis* applicantur. 2. Edictum Nebucadnezaris ad  
blasphemos, quos ab haereticis suprà separavimus, pertinet: E-  
dictum Darii ad Legis, recens latæ, de instauratione templi, & sup-  
peditandis è regio æratio sumptibus, violatores. Artaxerxis edi-  
ctum nō satis circumspectè huc trahitur. Est enim alternativum,  
quod non simpliciter mortem violatoribus minatur, sed penam  
arbitrariam vel mortis vel mulctæ, vel carceris. Papistica autem  
& Calvinistica mandata simplicia sunt. 3. Propheta Zacharias de  
rebus N. T. loquitur verbis V. T. propriis: id quod usitatisimum  
Prophetis. Confer. cap. 14. v. 16. Iocel. 2. v. 28. Esa. 19. 20. cap. 16.  
7. cap. 60. 7. Malach. 1. 11. Non igitur configere hidem, quod  
gladio corporaliter transfodere; sed sicut arma militia nostra non  
carnalia sunt 2. Cor. 10. 4. sed tantum spiritualia: ita etiam hoc in  
loco transfossio tantum spiritualis intelligitur, & gladius Spiritus,  
h. e. verbum Dei. Ephes. 6. 17. quo instructus esse debet mini-  
ster verbi ad corripiendum eos, qui resistunt veritati 2. Timoth.  
2. 25. Deinde, in lege Deut. 13. lapidari Pseudoprophetæ juhe-  
tur, non transfodi. Aliam igitur transfissionem concedas ne-  
cessitate.

Cesse est, quam corporalem, nisi prophetam pugnare cum lege affirare velis.

Ad Exempla, quæ hinc inde adversarii ex V. T. conquirunt.  
Resp. 1. discernenda esse tempora. 2. facta heroica & extraordinaria virorum clarorum notare non semper imitarinos debere. 3. internectionem quorundam habuisse interdum alias causas, quam hæresin. Inter exempla verò ex N. T. in hunc finem adducta & Tyrannidem Papistico. Calvinisticam ingens est discrimen personarum, factorum, instrumentorum & causarum. Ex dictis autem nullo modo conficitur. Planè nullam hæreticorum punitionem ad Magistratum pertinere. Cur enim hic esset Dei in terris vicarius Psalm. 82. 6. Cur utriusq; tabulæ custos, seu Ecclesiæ nutritius? Deut. 18. 19. Esa. 49. 23. Deus est supremus Ecclesiæ Rector & religionis gubernator: jus igitur aliquod Magistratui, tanquam vicario in causa Religionis cōcessit, ut & providerent, quod doctrinæ puritas per sinceros Ecclesiæ doctores conservaretur, & caverent, ne per pseudoprophetas clam vel palam corrumperetur. Sic Asa editio publico religionis integritatrem restituit 2. Paral. 15. 13. Josaphat sinceros doctores populo præfecit 2. Paral. 17. 9. Ezechias templum Domini, temporibus Patris sui Achaz polluta mundavit 2. Paral. 29. 3. Iosias abominationes omnes de universis regionibus Israel abstulit 2. Paral. 34. 33. Hos securi sunt laudatissimi principes Christiani. Constantinus Magn. Novatianos, Valentinianos, Marcionitas, Paulianos & Cataphrygas profecipit, quemadmodū legere est apud Euscb. l. 3. de vita Conf. circa finem, idemq; testatur Sozom. l. 2. histor. Eccl. cap. 32. Gratianus Imperator Christianos oratoria frequentare jubet exclusus Eunomianis, Photinianis, & Manichæis. Socrat. lib. 5. histor. Eccles. cap. 2. Ita Theodosius Apollinarem & Nestorium in exilium pepulit. Valentinianus & Marcianus aduersus Manetis & Eutychetis sectatores sententias protulere satis severas, referente Niceph. lib. 8. histor. cap. 8. & 43. ac lib. 9. cap. 48.

D 2

QVÆ

### Q U A E S T I O III.

Numprop. Ager est mundus: Bonum semen sunt filij Regni: sint Tropicæ, & per Metony-  
ita explicandæ: Ager est signum mundi, seu hi-  
gnificat mundum: Bonum semen est signum h-  
liorum regni seu significat filios Regni. Et num  
idem. Tropus sit in his propos. Hoc est  
corpus Christi: Hoc est sanguis  
Christi: N.

Valdè in eo desudant Calviniani, ut loca quædam Scripturæ  
proferre possint, quibus probent, voculam *Est* Metonymicæ per  
significat explicari debere: quod si ipsis à nobis concedatur, tum  
se Metonymiam suam in verbis Cœnæ demonstrasse existimat.  
Inter alia exempla, etiam hæc ex Evangelio adducunt, quæ malam  
illorum causam nec tantillum promovere, operæ pretium est de-  
monstrare. Dicimus ergo, multis modis Calvinianos peccare hæc  
& similia afférendo. 7. n. propositiones istæ non sunt Sacramen-  
tales, hoc est, non loquuntur de Sacramentis. Quo igitur jure  
illuc applicantur, & phrasibus Sacramentalibus aequiparantur. O-  
stantur nobis suam explicationem in propositionibus mere sacramen-  
talibus, quas à ceteris maximè distinctas esse tamè benè no-  
runt, quam benè norunt suos dígitos. Liceret enim ex hypo-  
thesi concederetur, aliquando usurpari particulam *Est* pro significati,  
præsertim in parabolis; non tamen illicò hinc inferendum foret,  
in hujus etiam Novi Testamenti institutione ita debere explicari,  
cum illæ aliquid Tropici & figurati sapient, hæc verò proprijs &  
perspicuis verbis, non modicatis, fieri debeat. 2: particula *Est*  
in allatis exemplis significatiōnem suam propriissimam retinet,  
nulla hic Metonymia: sed in Antecedente Metaphora est, quæ tum  
dicitur adesse, quando ex simili significatur simile, sicuti hic fieri vide-  
mus. Examinetur prius exemplum: ἡ γῆ οὖσα κόπρος. Ager est  
mundus. Annon Metaphorice hic mundus sive Ecclesia ager di-  
citur? Quemadmodum enim bonum semen in agrum spargitur,  
ut oriatur, & frumentum producat: Sic etiam verbum Dei in Ec-  
clesia.

clesia proponitur, & veluti bonum semen spargitur, ut per illud, ceu ordinarium medium, homines Deo colligantur. Q[uod] is hec talpa coecior non videt? 3. Metonymia Calvinistica est, cum signatum dicitur, & intelligitur signum, ut in hac propositione: Ager est mundus. Signatum est mundus, & signum est ager. Jam dicitur signatum & intelligitur signum. Ergo, nominato mundo, intelligitur ager. Quare in hac propositione, Ager est mundus, ubi tropum explicueris, & pro vocabulo modificato posueris propriū, habebis hanc sententiam: Ager est ager; Nam signatum (*mundus*) prædicatur de agro, & intelligitur signum mundi, videlicet ager. Liberent se ab hac difficultate Calviniani, si possint. Neq[ue] in verbis Cœna Tropo ullus locus. Nam tropus est, quando mutation fit significatio propriæ in aliam. Hic verò omnia verba propriam, nativam & germanam suam significationem retinent. Demonstrativa particula (*Hoc*) simplicissimè accipitur hoc sensu: *Hoc*, quod vobis exhibeo, & manducare jubeo, est corpus meum. Quæ loquendi ratio in omni humanâ vitâ est usitatissima. Non igitur, *Hoc*, accipitur vel de solo pane, vel de solo corpore Christi, sed simul panem & corpus Christi. Syncedochice copulat, ut, porrecto pane benedicto, simul etiam corpus Christi porrigitur. Quod probatur ex propositione Apostolica i. Cor. 10. v. 16. panis, quem frangimus, nonnè communicatio seu participatio corporis Christi est? inde enim evincitur, panem non posse excludi ex Antecedente seu subjecto propositionis Christi: *Hoc* est corpus meum; & simul ostenditur non solum panem intelligi. Panis non excluditur, quia expressè nominatur: *Panis quem frangimus*, &c. Nec solus panis intelligitur: quia alias D. Paulus hanc propositionem (*Hoc est corpus meum*) resolvens, idem de pane prædicasset, quod Evangelistæ de particula (*Hoc*) hoc modo: Panis, quem frangimus, est corpus Christi: At non dicit directè: corpus Christi, sed ~~xeraria~~ corporis Christi. Copula (*Est*) quæ apud omnes tres Evangelistas & D. Paulum in priore Cœna parte habetur, in suâ nativâ & genuinâ significatione accipitur. Concedit enim affirmativè & copulat subjectum & prædicatum, sive Antecedens & Consequens. Prædicatum (*Corpus*) norat verum & substantiale corpus Christi, quod non solum demonstrat Pronomen possessionum: *Meum*: ut: *Hoc est corpus meum*; sed etiam

annexa descriptio: quod pro vobis traditur: quæ verba de vero & substantiali corpore Christi accipi debere manifestum est. Idem judicium sit de verbis secundæ partis Cœnæ: *Hoc est sanguis meu;* scilicet in illo modo nullum Tropum admittentibus.

## Q U A E S T I O I V.

An DEUS sit causa peccati?

Cum in Evangelio hostis (Diabolus) dicatur seminasse zanzania (hereses) non incommodè ventiatur illa Q. An DEVS sit autor seu causa peccati? Evidem In malis actionibus seu peccatis DEVS concurrit septem modis. 1. Praesciendo. Hebr. 4. 13. 2. Reg. 19. 27. Esa. 37. 28. cap. 41. 23. 26. Eccl. 23. 28. cap. 39. 24. Dan. 3. 55. Exod. 3. 19. Act. 3. 18. 1. Timoth. 4. 1. Quæ tamen præscientia vel potius præfens visio & scientia non est causa rerum præscitarum. Vid. 1. Sam. 23. 12. Matth. 11. 21. cap. 26. 53. sicut id exemplis Medici, morbum præventis, Astronomi Ecclesiæ plini prædicens, pii veteres declarant. Inst. Apol. 2. & q. 5. Epiph. contra Cajara, Chrys. in Matth. Hom. 60. & 1. Cor. 11. Cyrillus & Aug. super 12. Ioh. 2. Naturam sustentando. Act. 17. 28. ut vel suam in peccantibus bonitatem & misericordiam, Rom. 2. v. 4. vel in impenitentibus Justitiam ostendat. Exod. 9. v. 16. Quod cave ita accipias, ac si ob declarationem vel manifestationem misericordie & justitiae divinae, Deo ordinante, hominem labi neculum fuerit, quod quidam dixerunt. Hæc enim manifestatio, ut sic dicam, realis, seu externo opere facta, non simpliciter necessaria fuit; tunc quod idiomata illa satis ex creatione & conservatione totius universi innotuerant; tunc quod Deus verbis illa potuerat declarare, sicut æternitatem, & infinitatem; tunc deniq; quod in creatione hominis quoad prius & in pena lapsorum Angelorum, quoad posterius, jam declaraverat. 3. Permittendo. Etenim inter Dei voluntatem & noluntatem (liceat mihi ita loqui) tertium est, nempe permissionis, ipsa scripturæ teste. Act. 14. 16. Permitte gentes ambulare in viis suis. Notatu autem dignum est, quod scriptura non uno in loco verba activa, de Deo in hac questione usurpata, exponat per vias tuas: indurasti cor nostrum: illud Psalmus 81. 12. ita exponitur: Non audivit populus meus vocem meam. v. 13. & dimisit eos

etos secundum cogitationes cordis eorum. Quod Matth. 6. 13. dicitur: ne nos inducas in temptationem; id est Cor. 10. 13. ita explicatur: fidelis Deus, qui non facit nos tentari supra vires. 4. Deserto, ubi nota, nunquam Deum deferere hominem, nisi prius ab homine deferatur, ut habet Aug. serm. 82. de tempore. Hac verò defertia non locum habet in primo Adami peccato: In reliquis concurredit. Cum Saul projecisset verbum Jehovæ 1. Sam. 15. 26. recessisse spiritus Jehovæ ab eo 1. Sam. 16. 14. Cum omnia, quæ facta erant: Dominus vineæ fecisset: ipsa v. solas labruscas ferret, removebat Deus sepe eius, Esa. 5. v. 4. 5. 5. Satana tradendo. Postquam enim homo à Deo avertitur, ab ipso, tanquam justo judice, ob antegressa peccata, Diabolo, ut executori divinæ justitiae traditur, qui ad varia scelera ipsum impellit. Huc pertinet historia Pharaonis, de scelere in scelus ruentis, & filiorum Elii, 1. Sam. 2. 25. Locus Esa. 19. 13. Dominus misit super vos spiritum vertiginis 1. Reg. 22. 23. Dedit Jehova spiritum mendacii in ore illorum Prophetarum. 6. Metas praefnendo. Esa. 8. 10. Consultate consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non stabit. Huc referenda historia Jobi, cui sine permissione Dei nihil damni inferre poterat. 7. Bonum ex illis elicenda. Venditionem Iosephi convertit in actionem humano generi salutarem. Act. 2. 23. cap. 4. 28. Ex abnegatione Petri, cor fæse humilitans, & serio dolens producit. Et peccato Magdalena majorum dilacionem. Et blasphemiam Pauli summam humiliationem. De his vide plura apud Dn. Præsidem. Loco de Prov. Licet autem his supremo modis Deus in malis actionibus hominum concurset: hinc tamen non sequitur, quod idem autor seu causa sit malorum, actionum seu peccatorum. Ille namque causa peccati est, qui est causa illarum actionum, quæ nobis peccata sunt: qui subministrat causas peccandi: qui hominem corda ad malum interius efficaciter inclinat: & cuius impulsu fiunt opera mala. Tali modo Deus ad peccata concurrere nos non dicimus, sed potius hanc sententiam ex Evangelio nostro ita profligamus:

Quicquid de Deo negatur, Diabolo vero adscribitur, illius autor seu causa non est Deus, sed Diabolus.

Seminatio zizaniorum (haeresium) de Deo negatur, Diabolo vero adscribitur, Matth. 13. v. 25, 28, 39.

E. Se-

E. Seminationis zizaniorum (hæresium) autor & causa non  
est Deus, sed Diabolus. Et per conseq. non est autor  
cujusdam mali seu peccati, cum hæresium & peccato-  
rum hac in parte sit par ratio. Vel:  
Quicunq; est autor seu causa omnium peccatorum, ille etiam  
auter seu causa est zizaniorum (hæresium).

Atqui Deus non est autor seu causa zizaniorum.

E. Deus non est autor seu causa omnium peccatorum.

Plura Argumenta, eaq; firmissima in hanc sententiam collige ex  
Bonitate Dei, quod sit summè bonus. Matth. 19. 17. Mar. 10. 18.  
Luc. 11. 13. ex Iustitia ejus, quod sit summè justus. Exod. 9. 27. 2.  
Esd. 9. 8. Psal. 7. 10. Rom. 3. 26. ex odio adversus peccata, Esa. 65. 12.  
ex prohibitione ne peccemus. Psal. 5. 5. Ps. 30. 7. Ps. 44. 8. ex vindicta,  
quam sumit ob-peccata. Quam ostendunt diluvij inundatio Gen. 7.  
Sodoma & Gomorrhæ eversio. Gen. 19. &c. Ex promissione premio-  
rum facientibus voluntatem ipsius facta. Passim

Errant ergò Calviniani, qui omnis mali culpam & causam  
in Deum rejoinct, cuactorumq; peccatorum molem in ipsum  
quasi devolvunt. Non per calumniam hoc dici videbit i. Qui a  
pertis ipsorum verba leget, ut Zwingli Tom. 1. fol. 365. Cal. l. i. inst. c.  
18. l. 2. inst. c. 4. § 4. § 1. l. 3. c. 21. Zach. de natura Dei fol. 690. Beza  
Resp. ad Colloqui. Mompel. p. 179. in QQ. & R.R. p. 697. Mar-  
tyr. Iud. 3. Logiatur unus Calvinianus in inst. l. 3. c. 23. l. 4. Ad  
distinctionem voluntatis & promissionis hic recurrunt; (Luthe-  
ranos intelligit) sed, cur permittere dicimus, nisi quia ita vult?  
Nec dubitabo ego cum August. simpliciter fateri voluntatem Dei  
esse rerum necessitatem. Et sect. 7. Decretum quidem horribile  
fareor, inficiari tamen nemo poterit, quin præsriverit Deus, quem  
exitum esse habiturus homo, antequam ipsum condiceret, & ideo  
præsriverit, quia decreto suo sic ordinaverat, vid. etiam Danæum  
in Enchirid. Aug. 2. Qui ipsorum hypotheses considerabit, ut sunt:  
Deum sine distinctione operari omnia. Zanch. l. 3. de natura Dei  
c. 4. p. 392. Beza R. 2. ad colloq. Mompel. p. 175. 185. 155. Gryneus  
in thes. orthod. fid. p. 157. Deum ab æterno peccata ita prævidisse,  
ut ea voluerit, & decreverit primorum hominum lapsum. Cal. 3.  
inst. c. 23. l. 7. Peccata fieri aut Deo volente aut nolente. Sed no-  
posteriorius. E. prius. Verba activa, de Deo usurpata, Excecare, in-  
dura.

durare, tradere pravis desiderijs non explicanda esse de permissione. De efficaci igitur operatione explicanda erunt. Et sic Deus efficaciter operando & efficiendo coecitatem & duritatem hominis excecat & inducat. Quorum igitur querimoniae illorum, quod falso à nostris accusentur? protestatio factio contraria est.

Excipiunt: Deum non peccare, et si eadem, quæ impij, operetur: quia sit exlex: peccatum autem definiri per ~~divinam~~ & legis transgressionem: idq; obsceno admodum exemplo; à TAURO desumpto, illustrant. Resp. Deus est exlex, 1. ab alio superiore ipsi non est lex posita: interim tamen natura eius perfectissimaj ipsi instar Legis est: & sic impellendo ad ea, quæ naturæ ipsius repugnant, sibi ipsi repugnaret, ac seipsum abnegaret contra Apostolum 2. Tim. 2. 13. & mutaretur contra Malach. 3. 6. Lex enim est expressa quadam divina justitiae imago. Deinde, peccata, & per se, obsecu, intrinsecè considerata, nullo respectu possunt fieri non peccata, ut sunt: in justitia: hypocrisis, periu- rium, adulteria &c. Nam naturæ divinae è diametro adversantur. Alia verò est ratio peccatorum extrinsecè & ~~zur~~ <sup>ad</sup> respectu legis & mandati consideratorum (ut erat comedio carnis suilla in V.T.) in quibus Deus liberè dispensat. vid. D. Meisner, p. 15 Phil. Sob. L. 4. Q. 10.

## QVÆSTIO V. An Calvinianorum Relig. nominatim in publicis scriptis & concionibus refutari

& taxari debeat? A.

Ex verbis Evangelii: Sinite crescere zizania & triticum usq; ad messem: profilir illa Q. Num. Calvini, in publicis scriptis & concionibus nominatim refutari & taxari debeant. Johan von Münster jür. Vorlage in Tractatu, quem inscripsit: Warhaftigen Bericht, principi Holstiae Anno 1608, dedicato, inter media, quibus Reformata Religio (Calvinianam putat) commode alicubi introduci possit, hoc facit octavum, ne concedatur, ut Calvinianorum Religio pro concione taxetur, sive Doctorum Calvinianorum mentio iniciatur. Idem omnes Calviniani unicè exoptant,

nonnulla huius consilii, ut putant, Saluberrimi Argumenta pro-  
ferentes. 1. Quod ipsorum doctrina in publico aliquo concilio  
nondum sit examinata, nedum in Romano Imperio condemnata.  
2. Quod Christus scripsit Apostolis eorumque successoribus pacem  
commendaverit, quae hoc modo vehementer turbetur & elimi-  
netur. 3. Quod non fas sit ante tempus judicare juxta præceptum  
Apostoli 1. Cor. 4. v. 4. Sed hoc judicium hancque condemna-  
tionem Deo eiusque ultimo iudicio relinquendam esse. 4. Quod ne-  
cessitas requirat, ut ad evitandum Ecclesiis nostris à Pontificis  
imminens periculum, mutuo auxilio adversus Papatum pugne-  
mus, ideoque fraternitatem inter nos & ipsos colenda esse. 5. Multa  
ta nostris auditoribus proponi dogmata, ac si ipsorum essent, à  
quibus tamen ipsi sint alienissimi, se non jurasse in scripta Calvini  
vel Bezae vel alterius. Si omnino judicium de ipsorum doctrina  
ferre velimus, querunt eum illam non potius juxta ipsorum Ca-  
techicas institutiones sive publicas Confessiones, quas edidie-  
runt, quam juxta unius vel alterius privati Doctoris scripta exa-  
minemus, &c. Verum salva res est. Nostrates pro se habent 1.  
exemplar Christi, & D. Pauli. Annon auditores suos monet Christus,  
ut caveant Pseudoprophetas Matth. 7. v. 15? Annon eosdem  
adhortatur, ut sibi à fermento Pharisaorum & Sadduceorum  
caveant Matth. 16. 11? Annon Paulus Luperum causa, qui Eccl.  
siam invasuri essent, vigilare jabet. Act. 20. v. 28? & videre,  
ne omni doctrinæ vento circumferantur Ephes. 4. v. 14. & obser-  
vare eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, à se  
traditam, facerent. Rom. 16. 17 Annon idem Anathamatis ful-  
mine falsa docentes percillit, Gal. 1. 8? 2. Mandatum divinum.  
Ezech. 3. v. 17. 18. Fili hominis, speculatorum constitui de do-  
mini Israhel, ut audias de ore meo verbum, & annuncies eis ex me.  
Si dicente me ad impium: Morte morieris, & non annuncias  
me ei, neque locutus fueris, ut avertatur à via sua impia, & vivat:  
ipse impius in iniuitate sua morietur, sanguinem autem eius  
de manu tua requiram. 2. Timoth. 4. vers. 2. Paulus prædi-  
care verbum jubet, oportuni, importuni, increpare, exhorta-  
ri. Tit. 1. 9. contradicentes arguere, Tit. 3. vers. 18. homi-  
nes

nem hæreticum post unam atque alteram correptionem vi-  
tarē.

3. Officium illorum hoc requirit. Sunt n. legati Dei, pro Christo  
legatione funguntur 2. Cor. 5. v. 20. SS. cuius est arguere mun-  
dum Ioh. 16. v. 18. per illos hoc suum officium exequitur, Consti-  
tuunt super gentes & super regna ad evelendum, destruendum,  
disperendum, dissipandum, ædificandum, & plantandum. Ier. 1.  
vers. 10.

4. Deus graviter de illis, qui ad delicta populi, connivent, conqueri-  
tur, Isa. 5. v. 10. eos appellans cœcos, canes mutos, non valentes  
latrare, jacentes & amantes somnia. Ier. 6. v. 13. à Propheta usq;  
ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium, dicentes: Pax, pax,  
cum non esset pax; quibus confusione in tempore visitationis  
Deus comminatur.

5. Summa necessitas hoc efflagitat. Cum enim dormirent homi-  
nes, habet nostrum Evangelium, seminavit Diabolus zizania. Si  
igitur nostri doctores dormiant, sint negligentes, nec auditorib⁹  
suis lupum monstrent, facili negotio oves a Satana circumveniri  
possunt. Quis nescit, per hanc conniventiam Arianismum & Ma-  
hometismum in Ecclesiis orientales introductum esse? desinat  
igitur id à nostris postulare Calviniani, quod salvā conscienc-  
tiā omittere nequeunt. Discriberent tamen aliquid constituendum  
esse non inficiantur. 1. inter seductos & seductores, hosq; præ illis  
durius tractandos. 2. Integros cætus à præcipuis errorum docto-  
ribus discernendos, & cum illis mitius agendum esse: hos vero si  
in errore pertinaciter persistant, sp. ferventi-taxandos. Ad Argu-  
menta objecta facile est Resp. Ad 1. Resp. 1. Quāvis nostrates con-  
cilium legitimum, unanimi ordinum Imperii consensu impetrata  
non aversentur: interim, ejusmodi Concilium esse de sim-  
plici necessitate, nec, priusquam instituantur, Hæterodoxos refu-  
tati aut taxari debere, hoc verò constanter negamus. Cur enim  
Christus Pharis. Sadd. Scribarum errores publicè refutavit ac re-  
jecit, si prius generali aliquo Concilio eorum doctrina damnanda  
fuisset? Nec Apostolus Paulus falsis Apostolis, Hyme-  
næo & Philtero, si hoc necessarium fuisset, tanta ~~magno~~ se se op-  
posueret.

2. Multi petulanter in Ecclesiam irrumpere possent hæretici, suasque hæreses impunè propagare, si provocatio hæc ad generale aliquod Concilium, summa cum difficultate instituendū, valere deberet.

3. Accedunt hoc suo iniquo postulato Calviniani ad castra Pontificiorum. Hi enim Synodos & Concilia necessaria compandanarum controversiarum media constituent. Vid. Bellar. l. I. de Concil c. II.

4. Concilia s̄pēnūmerō errasse, imò sine ullo fructu instituta fuisse, nemo non novit; Cur igitur in causis Religionis illorum judicio nos absolute & simpliciter submitteremus?

5. Potius in script. manemus, & ex illis de rebus fidei judicamus, quas unicam Controversiarum Theologicarum normam ac regulam esse novimus. Aut dicant nobis Adversarii, cur has reliquenter ad judicium humanum provocate malint.

6. Quod dicunt, se usque in hunc diem non auditos, & legitimè condemnatos esse, eo ipso veritatem Hitlerizæ Ecclesiasticæ superiorum temporum in dubium vocant, adeoque omnes congressus, conventus, colloquia, religionis causa à potentissimis Imperii principibus maximis summisibus instituta contemnunt & pro nihilo habent. Quis ignorat Comitia Augustana Anno 1530? quis colloquia Marpurgense Anno 1592? Maulbrunnense Anno 1564. Mumpergartense Anno 1586. quem fugiunt conventus Sueinfurtensis, Smalcaldensis, Francfurtensis, Naumburgensis; in quibus si dogmata sua nondum protulerunt, aut subdolè egisse illos, aut principibus laudatissimis illusisse dicendum erit.

7. Describunt nobis e jussu modi Synodos, quæ vix unquam ac ne vix quidem institui possunt. Illis enim exteros, utpote Scotos, Anglos, Bohemos, Vngaros, Polonos &c. interessè volunt. Vide Pareum in Iren. quod iniquum ac penè impossibile postulatum provocationem hypocriticam ad Synodus satis arguit.

Ad 2. Quod pacem colendam dicunt. Disti. inter pacem, politicam seu externam, & spiritualem. Nemini authores sumus, ut contra Calv. arma sumat, & ipsos ē medio tollat, aut publicam pacem & tranquillitatem lädat: Sed spiritualem pacem cū illis collere Sacra pagina prohibet. Illa enim sine veritate nequit con-

fidei

siderari, nedum consistere; quam si nobiscum amplecti velint, fraternitatem cum ipsis colere & nos studebimus. At veritas praecebat necesse est, inde Jer. i. 16. dicitur: Veritatem & pacem diligere. Et Paulus Eph. 4. v. 3. nos sollicitos esse juber ad servandum unitatem Spiritus in vinculo pacis. & v. 16. veritatem facientes in caritate crescere in capite nostro Christo. Hic igitur usurpat us illud Megalandri Lutheri: Maledicta omnis pax & concordia, quā lādatur gloria Dei.

Ad 3. in verbis Pauli de non ferendo judicio, prohiberi dicimus temerarium judicium Corinthiorum de donis Apostolorum, aliorumq; Ecclesiæ doctorum: non vero dogmatum examinationem. Cur enim 1. Cor. 10. 15. diceret; ut prudentibus loquor, judicate vos, quæ dico? annon his verbis dogmata dei probare & examinare jubar? Nihil igitur hoc effugium Calv. juvat.

Ad 4. Concedimus Ecclesiæ nostram in præsentissimo periculo ob Pontificios versari; sed in eo ex conjunctione cū Calvinianis magnum auxilium nos habituros persuadere nobis non possumus. Scimus enim si aura secunda ipsis afflaret, non meliores hos istis futuros, & ex egregiis Epithetis, quibus nostrates ornant, ut Ubiquitistas, Capernaitas, Carnivoros, Sanguisugas, Marcionitas, Svvenckfeldianos &c. illos appellent, ex parte experimur.

Ad 5. Producant, si possint illa, quibus falso à nostris accusentur. Aut, si non faciunt cum scriptis Bezae, Calvini, aut sociorum quorundam, cur ad crassos eorum errores magis muti sunt, quam pices, cur non potius illos reprehendunt? Non ablegent nos simpli citere ad confessiones suas publicas seu Catecheticas Institutio ne. Illæ enim in multis instar Cothurni sese habent, qui utriq; perditi aptari possit. I. tam dubiae sunt, ut vix intelligas, an nostram sententiam amplectantur, vel an suorum authorum errores plebi instillent. Nemo cordatus igitur in nostratis reprobare poterit, si larvam ipsis detrahant, & quomodo hunc vel illum Articulum fidei intellectum velint, aperiant.

## Q U A E S T I O V I .

An liceat malos & impios ex Ecclesiæ cœtu  
excommunicare, & quandoq; planè è  
medio tollere ? A.

Ex vers. 30, hæc oritur Q. Calvinianorum quidam simpliciter negarunt, ut Thomas Erastus, referente Beza in tractat. de verâ ex communicatione & Christiano presbyterio: alii secundum Quid, ut Bullingerus, Gualterus, Musculus. Nos caute quidem hic agendum esse non negamus, ita ,ne collis afflictorum laquei injiciantur, aut miseri peccatores in barathrum desperationis precipitentur : Verum, usum eius legitimum necessarium esse, asscerere non dubitamus. Tum vero legitimè adhibetur, quando alii levioribus remediis, homo in viam reducendus, locum dare recusat. Nec à privato institui; sed communicato cum Magistratu politico consilio & totius Consistorii consensu ad tempus fieri debet. Assertionis nostræ has reddim⁹ rationes. 1. Testimonia scripta quibus probatur peccata interdū retineri, & malū ex Ecclesiæ cœtu ejici posse. Ioh. 20, v. 23. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, tetenta sunt. Matth. 18, 17. Si Ecclesiæ non audierit (frater) sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. 2. Exempla, incestuosi 1. Cor. 5, 3. Hymenæi, Alexandri 1. Timoth. 1. v. 20, 3. à pari, Absolvere pertinet propriè ad officium ministrorum Ecclesiæ: E. & peccata retinere: quia utrumque in commendatione clavium solventis & ligantis comprehenditur, Iohan. 20, 23. 4. A Necessitate. Nisi enim libido peccandi frenaretur, & putridum membrum abscederetur, reliquas corporis partes facilè contagium occupare posset, easq; inficere, sicuti modicum fermenti totam mastram fermentat. 1. Cor. 5, 6. 5. Ab utilitate. Ad resipiscientiam namq; vix melius impelli possunt delinquentes, quam si à cœtu Ecclesiæ & congregazione sanctorum ad tempus repellantur. Neq; enim desperationis sed resipiscientiæ & salutis medicina Excommunicatio esse debet. Usurpari igitur Excommunicatio legitimè suo tempore & loco potest, imò, si in quibusdam locis per non usum sublata & eliminata est ex Ecclesia, restitui & in usum reduci potest, quicquid etiam contrā ganiat Arct. part. 2, probl. Loco de Excomm.

Parabola nostra minime nobis repugnat. Illa enim de hæreticis intelligenda est, non verò de malis & improbis in genere, uti in Explicatione illius supra dictum. Hæretici, quæ tales, non sunt interficiendi; Nihilominus tamen disciplina Ecclesiastica sarta testaq; manere debet. Quin etiam Magistratus officium in suo vigore & rigore servatur, quod est pro gravitate delictorum sonates punire. Non enim frustra gladium gerit. Rom. 13.v.4.

## 2 VÆ S T IO VII.

An seculi huius consummationi certum tempus sit constituerendum?

Interitum mundi negarunt olim Sadducæi Matth. 21. v. 23. & Empeccæ. 2. Pet. 3. 3. qui rectè refutantur ex v. 40. c. 13. Matth. ubi expressa mentio sit consummationis huius seculi; cuius an certum tempus sit constituendum non immerit quæritur, cum quidam id, suis confisi vel revelationibus, vel ratiocinationibus; vel, etiam auctoritatib; cuidam mentitæ, olim facere non dubitarint, nec adhuc dubient. Primi ordinis exempla recenset August. l. 18. de Cœvit. Dœi, c. 53. ubi refert, quosdam Annum 400. ab Ascensione Dni. Consummationis tempus constituisse. Alios 500. alias 1000. quos omnes elusivæ ipsa temporum experientia. His adjungendis est fanaticus iste Burghans nostro seculo, qui suas etiam revelationes de hoc tempore protulit. Secundi ordinis sunt, qui non revelationes, sed ratiocinationes suas protulerunt quales fuerūt, qui sex millibus annis duraturum hunc mundum dixerunt, cum totidem, h.e. sex diebus sit conditus, & Petrus dicat, mille annos Domino instar unius diei esse. 2. Pet. 3.v.8. Quibus addimus Cerinthianos, qui longius progressi in novum errorem inciderunt, nimirum septimū milleñariū post adventū Christi huic vitæ & terræ deberi, quod Christus huc sit reversurus, pios in hanc vitā resuscitaturus, & caujs, sc̄terisq; quos vivos deprehenderet, oppressis impiis, vitam voluptatibus & delitiis corporalibus diffluentem per mille annos in hac terra exacturus; postea vero in cœlum cum ipsis migraturus. Quib; accedunt quidam ex Patrib. Chiliaistarū opinionē amplexi, & error hodiè in fratrib; roſæ crucis repullulare videtur. Quidam Stiphelius olim Witebergæ interiuit mundi diē D. Lucae. An. 1533. constituit; Arnoldus de villa nova excellens Astrologus An. 1439. Eustachius Pöyssel An. 1623. Melchior Hoffman An. 1534. Quidam

Ba3o,

parochus ex dicto VI Deb Vnt, In qVeM pVpVgerVnt. Anno  
1532, colligere voluit. Alii ex dictiōibus ADVENTVs DoMINI,  
ubilitera Arithmeticā dant 2012. de quo numero substraxerunt:  
D̄les abbreviab Vnt Vr h. e. 517. & postea iterum addiderunt:  
propter elēctos. h. e. 150. & habuerunt Annum 1645. Iohann-  
nes Regiomontanus Annum 1588. terminum mundi fecit, cum  
multis aliis: Unde Rithmi Germanici Iohannis Molitoris:

Wenn man zehn rausene/fünfhundert/ achzig acht.  
Das ist das Jahr/ welches ich betrachte/  
Geht dann die Welt nicht unter/  
So geschieht sonst groß merklich Wunder.

Hos Rithmos Casparus Bruschius ita latine reddidit:

Post mille expletos à partu virginis annos

Et post quingentos rursus ab orbe datos.

Octogesimus octavus mirabilis annus.

Ingruet, is secum tristia multa trahet.

Si non hoc anno totus malus occidet orbis,

Si non in nihilum terra fretumq; ruent.

Cuncta tamen mundi sursum ibunt atq; deorsum

Imperia: Et luctus undiq; grandis erit.

Tertii ordinis sunt, qui vanam jactant auctoritatem, upo-  
te Elix, qui sex millia Annorum a etate mundi attribuisse dicitur;  
ut duobus millibus sit inane, duobus millibus lex, & duobus mil-  
libus Messias, postea finis. Vide, Talmund. in libro Sanhedrim c. ii.  
sed Iudaeorum fabulae sunt, quibus non habenda fides: sicut nec  
15. illis κερινοῖς, quæ Hieron, se in Iudaeorum libris legisse testatur,  
finem mundi praecessuris, aliquid tribuendum est. Potius curio-  
sis istis hominibus manifesta script. testimonia opponenda. 1. Ef-  
fatum Christi. A&., 1. v. 2. Non est vestrum nosse tempora & mo-  
menta, quæ pater posuit in sua potestate. Unde ita colligere licet:  
Mysteria Dei quæ non sunt patet a homini non sunt perscrutan-  
tanda. Scire tempus consummationis seculi est tale mysterium  
Dei. E. Vide Mar. 13. 32.

2. Dehortatio Apostoli ab hac inquisitione. 2. Thes. 2. v. 1.  
cuius

Cujus authoritas in hanc partem potius valere debet, ne inquiremus, quam ut certam metam statuamus.

3. Considereretur etiam origo hujus curiositatis, quæ est Spiritus mendax, falsæ rationes, & vana authoritas: quid boni hinc sperandum?

Eorum tamen non simpliciter damnanda videtur opinio, qui Christum ad judicium non interdiu, sed profundâ nocte venturum probabiliter ex quibusdam locis script. colligunt, ut ex Apoc. 16. v. 14. Ecce, vento, sicut fur. Beatus, qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Matth. 24. v. 43. 44. Illud autem scitote, quod si sciret paterfamilias, quæ vigiliâ fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & nos estote parati, quia quæ non putatis horâ filius hominis venturus est. Adventus Christi hic adventui furis comparatur, qui noctu, clam, dormientibus hominibus, insperatò sua peragere solet. Immò clarius aliquid hac de re judicasse videtur Marcus c. 13. vers. 35. quando ait: vigilate ergo: Nescitis enim quando Dominus domus veniat, serc, an media nocte, an galli cantu, an manè: ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Et in similitudine Matth. 25. vers. 6. de decem virginibus, quinque prudentibus, reliquis quinque fatus, Sponsus mediâ nocte dicitur adventasse. Ut enim Angelus Domini nocturno tempore percussit omne primogenitum, in Egypto. Exod. 12. Sic etiam Christum eodem tempore iudicium super vivos & mortuos inchoaturum putant. Cui sententia adstipulatur Lactant. lib. 7. cap. 19. de divin. præm. & in Epitome divin, instit. cap. ii. Nos, quamvis aliorum pias meditationes non rejiciamus; hoc tamen addimus, dicta script. generalius loqui, nec ad tempus nocturnum simpliciter restringi posse: Ita etiam hanc sententiam fovendam esse, ut omnis securitas fugiatur, cum sciamus, tanquam laqueum diem ultimum nos oppressurum, P̄c Aug. Ideo, inquit, latet ultimus dies, ut timeatur omnis dies.

F

QVÆ-

Q V A E S T I O I I X .  
An Mundus secundum essentiam vel vitiosas  
Qualitates sit interitus.

De origine mundi diversæ fuerunt olim opiniones Platonis, Democriti, Eracliti, Empedoclis, Vid. Zanch. p. 1. de operibus sex dierum l. 1. cap. 3. omnium à, absurdissima & ad extremos Garamantas usq; releganda est illa de Mundi aeternitate, quæ Aristoteles, summi alias Philosophi, fuisse prohibetur, à Scalig. Exer. 3; & Connimbr. in g. Phys. c. 2. q. 2. art. 2. excusati, qui tamen iterum à Taur. de rerum aeternitate p. 2. p. 260. refutantur. De interitu eiusdem hodiè controvertitur inter nos & Calvinianos: An is futurus, i. e. An Deus in ultimo isto incendio omnes celos creatos, & elementa, quæ jam sunt, planè sit annihilatus, ita ut non amplius sint: vel: An eadem, tanquam auram in fornace, tantum, sint purganda, absterisque omnibus maculis & sordibus, puriora reddenda? In cuius Q. tractatione probamus verba Martini in Theol. p. 1075. ita scribentes: De his scrupulose speculandum non esse censeo, sed operam omnem dandam, ut cœlo & aeternâ gloriâ per gratiam Dei in hac mortali peregrinatione digni evadamus. Interim, cum ipse cū plerisq; Calvinianis qualitatum saltēm vitiosarum mutationem statuat; suam verò sententiam se mutaturum promittat, ubi alii ipsam mundi substantiam planè interitum vi phrasis id tertio evincerint, & ex claris locis expositionem suam firmarint, & cum ijs, quæ de cœlo mansuro & huius ipsius mundi liberatione Scriptura affirmet, conciliarint: p. 1077. quædam in ipsius gratiam hoc apponemus.

I. Phrasewi Emphasis mundi substantia annihilationem evinit, Ps. 102.  
v. 27. de cœlo & terra dicitur: Ipsi peribunt, tu a. permanes, & omnes, sic ut vestimentum, veterascent: & sicut indumentum mutabis eos, & mutantur, v. 28. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficent: 1. Dicitur: הַנִּמְלָא אֶבֶן ipsi peribunt, nempe cœlū & terra, ut explicat Deus: 1. 9. Præt. & Mart: p. 1065. concedit. אֶבֶן peribunt, est à radice alteracionem rei manentis, in statum meliorem. Quando Apostolus Phil. 3. 21. corporum nostrorum immutationem describere solebat, nō utebatur verbo ἀπολεῖσθαι perire, sed μετασχηματίζει trans-

transfigurari, in alium habitum traduci. Igitur sic argumentor: Quicquid perit, eatenus, quatenus perit, non in meliorem statum transmutatur. Sunt n. contraria: perire & in melius transferri. Atqui mundus peribit Ps. 102. v. 27. E. eatenus, quatenus peribit, non in meliorem statum transmutabitur. Martin. p. 1076. ad fert dupl. locum ex 2. Pet. 3. v. 6. 7. quo prober, verbum perire non semper esse tota substantia interire: quod contra nos nihil facit. Nam, posito, verbum perire non semper esse in nihilum abire, aut tota substantia interire; nunquam tamen alterationem in statum meliorem denotar. Mundus olim, aqua inundatus, (ne denoretur totum hoc universum, sed synecdochice superficies orbis terrarum, quam mundi significationem Martin. dicto lib. c. 21. de migratione Christi ex hoc mundo disputans, benè novit) perire, non certè in meliorem statum est mutatus. Mundus referatur in diem perditionis impiorū, non certè immutationis impiorū in meliorem statū. 2. Dicitur: **וְאַתָּה תִּעֲמֹד** sed tu permanebis seu stabis, præfixum **לֵ** pe est idem, quod sed. Quam significationē hoc loco habere verba præcedentia ostendunt: Est n. oppositio in verbis: ipsi peribunt: sed tu stabis. At quæ oppositio esset: Cœlū & terra peribunt, i.e. essentialiter manebunt, qualitatū v. accidētū immutationem duntaxat sustinebunt: sed tu permanebis: Arg. tale esto: Quicquid hic Deo tribuitur illud ex oppositione cœlo & terræ est detrahendum. Atqui essentialiter permanere seu stare Deo hic tribuitur. E. essentialiter permanere seu stare cœlo & terræ est detrahendum. 3. Dicitur: **וְכָלָם בְּכָבֶר בְּלֹג** Et omnes, sicut vestimentū, veterascent. 1. notandū hīc vocab. **בְּלָם** quod explicat Buxtorff. in Lexico per *universos ipsos, quotquot sunt, videlicet cœlorū, qui sunt opera manuum Dei, v. 26. h. e. qui sunt creati, ut Calv. suam explanationem de renovatione in melius non minus cœlo beatorū assignare cogantur, quā cæteris cœlis nim. aéri & firmamento, cū & hos & illud creatoros dicant.* Si n. omnes cœli creati à vitiosis qualitatibꝫ repurgandi, sequitur, quod & ipsi cœlū beatorū ab iisdem sit repurgandum, cū illud quoq; adum ipsos sit loc⁹ creatus, absonū. 2. Quod ad Emphasim, noto **בְּלֹג** veterascent à rad. **בְּלֹה** inveteratus est, verustate tritus, attributus, sumptus est. Neq; hoc verbū nudē ponitur, sed vocab. vestimenti ipsi additur. Sicut igitur vestimentū inveterascat, sic etiam cœlū & terra juxta prophetā inveterascent. At

vestimentum non inveterascit hoc modo, ut se. vitiōsis Qualitatibus destrūctis, in statum perfectiore mutetur; essentiam vero salvam retineat; sed essentialiter corrumpitur: Sicuti contrā quando Deus vestimenta Israelitarum non inveterasse ait in deferto. Deut. 8. v. 4.c. 29.v. 5. illorum essentiam seu quidditatem permanisse salvam denotat, ipsosque significat non novis vestimentis toto illo peregrinationis tempore opus habuisse.

4. Dicitur: **כְּלֹבֶשׂ הַחֲלִיפָם וַיַּרְפֵּג** sicut indumentum mutabis eos, & mutabuntur, **פְּחָרוֹבָן** & **פְּלַבְּלָן** sunt à rad. **פְּלַבְּלָן** quod verbum səpē significat præteriit, transivit, interiit, vid. Esi. 2. 18. Cant. 2. 11. Dan. 4. 23, 25. 32. in hac significatione etiam hoc loco accipi debere, ostendit vocabulum vestimenti, cum quo comparatio insituitur. Quicquid igitur immutatur tanquam vestis, & quidem vestis veterascens (ut ante propheta dixerat: Sicut vestimentum inverterascent) illud removetur, seponitur, abjetur, non tantum à vitiōsis Qualitatibus purgatur & renovatur. Atqui cœlum & terra immutantur, tanquam vestis, & quidem vestis veterascens. Confer Gen. 41. 44. quando de Josepho ad Pharaonem vocato dicitur: & mutavit (**פְּלַבְּלָן**) vestes suas, ubi non sensus est, quod priores suas vestes, quibus induitus erat in carcere degens, interpolaverit ac purgaverit, in illisq; coram Pharaone comparuerit, sed quod alias novas induerit. Vid. Piscat. incap. 41. Gen. Schol. 14. Et nota est aliás significatio phraseon: mutare vestes, mutare pecuniam, in lingua latina. Quare Martin. pag. 1076. in verbo **וַיַּרְפֵּג** argumentum quærens nihil agit. Jam enim demonstratum est, idem verbum etiam totalem mutationem significare. Idem de Chaldaico **וַיַּרְפֵּג** & Graeco **ἀποτίνεται** habendum, Vid. Paraph. Chald. & LXX. in locis supra annotatis.

5. Dicitur: **אֱמָתָה הוּא וְשִׁנְוֹתָה לֹא וְמַטָּה** Tu v. idem es, & anni tui non consumentur, Præfixum **וְ** notat iterum oppositionem, ut antē. Anni Deo figuratè tribuuntur pro essentia, quam nunquam mutari David afferit. **מַטָּה** enim, quod ad annos Dei refertur, à rad. **מַטָּה** hic est plenē & totaliter consumtus est. Sicut igitur Deus ipse est, & essentia eius non deficit, sic cœlum & terra

terra peribunt & veterascent. Atqui Deus in essentia sua idem  
ipse est, & essentia eius non deficit. E. Ha sunt Emphases phra-  
sen, in Psalmo 102. quæ nobis interitum mundi describunt.  
Jam. II. Videbimus. An etiā expositio hæc nostra ex aliis clari-  
ris scripturæ locis firmari possit. In nostro Evangelio Matth. 13.  
v. 39. 40. bis interitus mundi per Consummationem seculi describitur. Per  
seculum cum status secularis, cum omnia, quæ existunt in præ-  
senti seculo, nempe cælum, terra, & quæ in eis sunt, exceptis An-  
geli & hominibus, intelliguntur. Cœlum igitur & terra con-  
sumabuntur. Quæ corrūptæ seu consummatio non significat  
qualitatum nudam immutationem, (alias cœlum & terra mu-  
tandi dicerentur) sed essentiale corruptionem. Matth. 24. 35.  
describitur per præteritionem. Cœlū & terra transibunt (*transibentur*)  
quod verbum totalem seu essentiale corruptionem & interitum  
denotat; atq; d. I. opponitur verbo Dei; quod utiq; non secundū  
videlicet scriptiōne, lectione, prædicatione, excusione, con-  
pactione, sed ratione &c. *opus eius*; quidditatē seu sententiā nō peribit  
seu permanebit? Job. 14. 12. per non esse. Amplius non esse estne idē  
quod remanere vel in statum alium mutari? Apoc. 20. 11. per fu-  
gam, ejusmodi quidem, ut locus non amplius; in quo existant cœlum & terra  
sit inventus. 2. Pet. 3. 7. per combustionē seu conflagrationē. Esa. 65.  
17. prænunciantur novi cœli, nova terra; creati cœli, creata terra,  
non immutati, tam novi ut priorum nulla amplius sit memo-  
ria. Hinc ita argumentor: si cœlum & terra consummabuntur,  
comburnentur, sicut stipula ab igne; præteribunt, ita ut amplius  
non sint, nec locus eorum inventiatur; sed novi cœli creentur &  
nova terra, prioribusq; succedant: consequens utiq; erit, illos nō  
tantum secundum vitiosas qualitates immutatum iri. Verum priq;  
uti jam ostensum. E. & posterius.

III. Jubet Martin, conciliari nostram sententiam cum iis,  
quæ de cœlo mansuro scriptura trudit. At ubi nam scrip. cœlum  
aliquid creatum, quod nunc sit, mansurum affirmat? Non adfe-  
rat cœlum, in quod Christus ascendit, neq; illud, quod electi sint  
occupaturi. Nondum enim demonstratum est, illud cœlum locū  
creatū esse; (de creatis autem Q. est) sed hoc describitur per  
gloriā & majestatem cœlestem, ad quam Christus secundum

Humanam naturam sit erectus. Inde Ephes. 4. 10. Christus ascensio  
dicitur super omnes caelos, ut adimpleret omnia, & vers. 8.  
descendit in altum, captivam duxit captivitatem, & dedit dona  
hominibus. Huius etiam gloriae & maiestatis, & sic celi Christi  
participes sient electi; sed in Christo capite suo; qui ipsi dabit se-  
dere in throno suo, sicut ipse sedet in throno Patris. Apoc. 3. 21.  
De celo vero beatorum script. affirmat, quod oculus non viderit,  
nec auris audiverit, nec in cor hominis ascenderit, quæ prepara-  
vit Deus his, qui diligunt ipsum. 1. Cor. 2. 9. Esa. 64. 4.

I V. Deniq; potest etiam nostra sententia conciliari cum iis,  
quæ de mundi liberatione dicuntur. Rom. 9. 21. dicitur; ipsa  
creatura liberaliter à servitute corruptionis in libertatē gloriæ fi-  
liorum Dei. Inde argumentum tale evaderet: Quicquid libera-  
bitur à servitute corruptionis, illud eo tempore, quo liberabitur,  
non in nihilum abibit. At prius de Creaturis (quo nomine etiā  
celum & terra intelliguntur) affirmat, Apostolus. E. & posterius.  
Resp. Non putamus, cordatum hominem, etiam bruta animalia,  
canes, feles, equos, aseres &c, essentialiter in novissimo die man-  
furos credere. Jam verò de omnibus creaturis Apostolus ait, quod  
liberandæ sint à servitute corruptionis. Vid. v. 22. Quod si nemo  
statuit, propos. erit particularis. Deinde non sunt opposita omnium  
creaturarum respectu, liberari à servitute corruptionis, & essen-  
tialiter aboliri; sed connexa. Liberatur n. & illud à servitute cor-  
ruptionis, quod esse definit? Homo servitute pressus; si moriatur,  
liberatur à servitute corruptionis: non ab ipsa corruptione. Sed  
hæc hæc tenus.

## Q U A E S T I O I X. An dentur gradus gloriæ in altera vita? A.

Occasione dicti: Iusti fulgebunt sicut Sol. v. 43. Q. An. futu-  
ri sint gradus in vita æternâ. Quidam enim Calv. ex illo Negati-  
vam defendere conantur sententiam. Verum dictum hoc nobis  
non adversari demonstrabimus, nostram opinionem uno vel alte-  
ro Script. loco confirmantes. Primus autem desumitur ex Dan. 12.  
3. Qui a. docti fuerint, fulgebunt q. splendor firmamenti; & qui ad justi-  
tiam erudiant multos, q. stellæ in perpetuas aeternitates. Inde sic argu-  
menta-

mentramur? Ubicunq; statuuntur discrīmen gloriæ inter intelligentes sive doctos, ad & justitiā erudientes sive doctores ibi statuuntur inter hos diversi gloriæ gradus. Atqui in altera vita statuuntur discrīmen gloriæ inter intelligentes sive doctos, & ad justitiā erudientes sive doctores. E. Minor probatur: Quia de intelligentibus sive doctis in genere dicitur, quod fulgere debeant, q. splendor firma-  
menti: doctoribus a. seu ad justitiam erudientibus splendor stellarum assignatur. Quod si igitur discrīmen datur inter splendo-  
rem firmamenti, & stellarum sive solis, sequitur non minus discrī-  
men hos inter dari debere. Excepit D. Schönfeld, Marpurgensis  
Theol. in Disp. de vita æterna Cassellis An. 1604. habita 1, in lo-  
eo Dan. esse Epexegesin, unius ejusdemq; sententiaz repetitionem.  
Resp. Repetitio unius ejusdēq; sententiaz esse solet, quando verba  
tantū mutantur: Subiectum v. & prædicatū eadem manent. Hic  
v. non tantum verba mutantur; sed ipsum Subiectum & prædicatū,  
E. Subiectum mutari, hic probo. Nam priora verba: Docti sive in-  
telligentes fulgebunt q. splendor firmamenti: loquuntur de illis,  
qui intelligentia sunt prædicti, & viam Dei recte didicerunt: non  
v. de iis, qui eandem alias, docuerunt: posteriora verba: qui ad ju-  
stitiam erudiunt multos q. stellarē: de doctoribus ipsis, seu illis, qui  
ad justitiam erudierunt alias intelligentia sunt. Posterioris hoc pa-  
tet: prius probo 1. Ex participio הַמְשִׁלִים intelligentes. Ver-  
bum לְהַשְׁכִּיל à intransitivam quidem, & transitivā signi-  
ficationem habet: utrumq; significat: intellectus, & intelligentia  
imbiuit: sed participium hoc, cum in toto Daniele intransitivam  
significationem habeat, non etiam hoc in loco intransitivē accepi-  
debere, Schönfel. probandū incumbit. Vid. c. 1. v. 4 c. 11. v. 33. & 3 c.  
c. 12. v. 10. & confer Piscat. in Schol. 2. Si Subj. huius dicti: justi-  
bus fulgebunt: Sint doctores, seu docentes, non v. discentes, sequitur in  
his & seqq; verbis esse ταύτοντος. Nam hic de doctoribus affirma-  
re, illos fulgorem in altera vita accepturos, q. stellarum in-  
cœlo. Sic n. vocab. פִּסְכָּט Piscator exponit: in seqq. etiam verbis  
planè idem repeteretur: docentes nim, fulgorem accepturos q.  
stellarum in cœlo: Quæ esset manifesta ταύτοντος. 3. Sequeretur,  
Prophetam de statu beatorū post hanc vitam differentem, discen-  
tibus seu pè doctis nullam planè in altera vita gloriam assignare:  
Dicet n. homines resurrecturos; sed doctores saltem gloriā & ho-  
nore coronari debere,

2. Una

2. Una eademq; gloria, inquit, iisdem promissa explicatur dupli similitudine splendoris firmamenti & stellæ; nec n. in æ qualitas gloriæ æ qualibus competit ex eorum hypothesi: Argumentum est tale: Quicunq; locus in æqualem gloriam æ qualibus tribuit, ille prosententia Lutheri adduci nequit. Atqui hic locus in æquale gloriam æ qualibus tribuit, E. Resp. i. Schönfel. præsupponit id, quod nos negamus. Jam enim demonstravimus, non de æ qualibus prophetam loqui, sed de in æ qualibus, videlicet de discentibus & docentibus, de piis omnibus in genere, & illis, qui eruditur multos ad justitiam. 2. Schönfeldius in allegatis verbis discrimen concedit, inter splendorem firmamenti & stellarum, ac locum de docentibus agere dicit. E. aliquod saltem inter ipsos docentes statuit gloriam in altera vita discrimen. Calviniani v. reliqui inter gloriam omnium beatorum tam docentium quam discendentium nullum planè discrimen statuunt. 3. Conciliet suam & stellarum eundem splendorem intelligit. Splendorem enim expansi explicat per splendorem stellarum in celo.

3. Ex Evangelio nostro subterfugium querit, dum Matth. 13. 43. hanc gloriam communiter omnibus beatis tribui assert. Justi fulgebunt ut Sol. Resp. Dictum hoc nostram non evertit sententiam. Nam etiam discrimen est in splendore Solis, qui in meridiè clarior respetu nostri, quam manè vel vespere: æstivo tempore efficacior, quam hyberno.

4. Gloria hæc corporū est, ait, non animæ: ideoq; ad scopum nihil facit. Resp. Erit discrimen inter electos respectu corporis & animæ, idq; ex allegata similitudine satis appareat.

Alterum locum pro discrime gloriæ in altera vita, desumimus ex 1. Cor. 15. 41. 42. Alia claritas Solis, alia claritas Luna, & alia claritas stellarum; stella enim à stellâ differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Argumentum tale; Quale datur discrimen inter claritatem Solis, Lunæ ac cæterarum stellarum, tale etiam discrimen inter claritatis inter resuscitatos datur. At inter illa tale discrimen datur, ut unius claritas major sit alterius claritate. E. At excipit Schönfeld. 1. Paulum ibi ex professo docere, quomodo corpus resuscitatum à sepulco, non quomodo beatorum corpora inter se differant, quæ omnia & singula corpori Christi gloriose confor-

mia

mia fore, alibi dicat Phil. 3. 21. Resp. Unius inclusio non est alterius exclusio. Non valet; Paulus in hoc cap. agit de discrimine corporum sepulchorum & beatorum. E. non agit in quodam capituli verso de discrimine corporum beatorum in gloriam. 2. De illocum corporum discrimine Paulus agit, quibus competit aut gloria Solis, aut Lunae aut etiam stellarum. Atque corporibus defunctorum nulla planè competit gloria. Quam n. gloriam, quem splendorem corpora sepulta & humata habebunt? E. de corporibus sepultis non agit. 3. Dictum Phil. 3. Comparate est intelligendum & ~~xix~~ <sup>xx</sup> 14. Corpora beatorum futura sunt conformia, non aequalia corpori Christi gloriose. Sicut igitur Christus ex morte corpus immortale, nullisq; passionibus obnoxium reportavit: Sic & nos cum corpore immortali, & quod nullis amplius infirmitatibus obnoxium sit, resurrecti sumus: Quid v. hoc ad praesens negotium? Erit corporum glorificatorum in quibusdam aequalitas. E. in omnibus: quæ <sup>etiam</sup> ~~qua~~ <sup>etiam</sup> ~~qua~~ <sup>etiam</sup> ~~qua~~

2. Repetit, in aequalitatem beatitudinis ponit nobis non in corporum glorificatione, sed in visione & cognitione Dei, de qua hoc in loco Paulus nihil. Resp. Et in corporum glorificatione & in visione seu cognitione Dei in aequalitatem aliquam piorum statuimus, quam D. Paulus exemplo Solis, Lunae & stellarum, cum aliud in summo hoc mysterio dare vix posset, declarat.

Tertius Locus desumitur ex 1. Cor. 3. v. 8. Unusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Argumentor sic: Si quilibet mercede in altera vita accipiet secundum suum laborem, sequitur, cum labor sit diversus, etiam diversam fore mercedem, seu gloriam in altera vita. Verum prius. E. & posterius. Hunc locum Martyr explicat de præmio essentiali scilicet vita æterna, non v. accidentali illo, de quo Q. est. Verum Resp. Paulum loqui de tali præmio, quod juxta cuiusque peculiarem laborem unicuique speculatiter & singulariter tribuetur, prout unius, præ alterius major in Ecclesia fuit labor. Et hic notandum, quod haec præmia non ex merito, sed ex ipsis Dei renumerantis gratuita benignitate conferantur.

Addi potest & locus Matth. 25. v. 15. Ubi diversitas lucri ex talento & credito diversis præmiis compensatur. Item 2. Cor. 9. v. 6. ubi de parcer serminante dicitur, quod parcer etiam sit fermentum facturus. Quæ dicta non tantum de statu præsentis, sed etiam futuri seculi intelligenda sunt, sicut scriptum est 1. Tim. 4. v. 8. Pie-

tas ad omnia est utilis promissionem habens ihus & futura  
vitæ. De patribus p. Martyr in L. f. 1357. fatetur ingenuè, quod  
præmiorum discrimina statuerint. Vid. Aug. de virg. c. 26. Greg.  
in 3. lob. Chrys. in 3 conc. de Lazaro. Piscat. in Aphorismum etiam  
nobis dat calculi, & in Notis ad cap. 15. 1. Cor. v. 42. & doctrina  
10. ait: Eben die Leibet die wir hie auss Erden vnbetrachten / vnd keine  
andere werden wider auferstehen/ aber mit weit grösster ehr vnd herre-  
lichkeit geijeret/ weder sie hie gehabt. Doch wird gleichwol dieselbe herre-  
lichkeit an den Heiligen ihre unterschiedene gradus oder staffeln haben-  
Sed videamus etiam argumenta Schöntel. pro æqualitate beatitu-  
dinis in omnibus Sanctis.

1. Si disparitas beatitudinis in nulla ejus parte è Scripturis o-  
stante potest, 1. nec in unione cum Deo. 2. nec in visione Dei. 3. nec  
in dilectione, justitia & latiticia. 4. nec in clarificatione corporum.  
5. nec in domicilio. 6. nec Sanctorum confortio, neq; gloria, tum  
nulla erit inæqualitas, sed omnes pariter erimus beati. Sed nō prius.  
E. nec posterius. Resp. Etiam si nec Schönfeldius neq; nos exakte o-  
stendere vel intelligere valeamus, in quibus illa disparitas cōsistat;  
interim, nemo priorū negare debet, quod S. Scrip. tam apertè nobis  
demonstrat. Sufficiat nobis scire, dari inæqualitatem gloriæ in al-  
terā vita: qualis verò ista furura sit, & quantum alii aliis antecellere  
debeant, solum Dei beneplacito committamus, argue cum Davide  
janitores Regni Dei & atrii sancti esse optemus. Tantò enim altius  
homo ad Deum ascendit, quanto profundius in se descendit, & plus  
sibi ipsi vilescit, ait Thomas à Kempis l. 3. de imit. Christi. c. 42.

2. Beatitudo æterna secundum omnes suas partes dependet ex  
Christi passione & merito nobis imputato. Rom. 6. 23. Eph. 2. 9. Joh.  
3. 16. & nulla ejus particula ex operum nostrorum merito depen-  
det. Rom. 4. & II. 6. opera n. nostra sunt imperfecta & dabit. Esai.  
64. 6. Luc. 17. 10. Atqui passio Christi æqualiter pro omnib; electis  
facta. Quare æqualis etiam omniū electorum beatitudo futura vi-  
detur. Resp. 1. Rectissimè dicit Schönfel. beatitudinē æternā depen-  
dere ex Christi passione & merito nobis imputato, non ex operum  
nostrorū meritis ut beatitudo seu vita æterna nobis detur propter  
bona opera, & secundum proportionē operū. Sed Deus ex mera gra-  
tia piis promisit, se illorum opera temporalibus & æternis præmiis  
compensaturum. Non igitur hęc gloria, quā coronandi in altera vi-  
ta sunt pii, bonis operibus nostris accepta referenda est; sed gratia  
Dei

Dei liberæ, ejusq; misericordia. 2. Omnibus electis & qualibet beatitu-  
do contingit, si nimis beatitudinem essentialiter consideres pro vita  
eternæ si verò accidentaliter pro gloria, virtute eternæ conjuncta, Deus  
promisit, se habito respectu laborum, quos pii sustinent, illam di-  
stributurum. 3. Commanem Schönenfel. cum ceteris Calvin errorem  
committit, dum passionem Christi & qualiter pro omnibus Eledi-  
factam fuisse ait, quæ pro omnibus in genere hominibus, non pro  
solis electis facta est.

3. Si passiones hujus temporis non sunt conferendæ ad futu-  
ram gloriam, tum nec operum nostrorum merita erunt causa beat-  
itudinis eternæ. Sed prius Rom. 8.18. E. & posterius. Ad hoc jam  
ante sufficienter responsum est, quod minimè nostra opera causam  
faciamus glorie illius, quæ beatos olim Deus dabit, sed solam ipsi-  
us misericordiam, & gratiam: ideo non secundum debitum, sed  
secundum gratiam gradus hos glorie conferri dicimus.

Ut verò gradus præmiorum in vitâ eternâ constituuntur: sic  
etiam penarum in inferno concedendi sunt, juxta manifesta Scri-  
ptura dicta Luc. 12. v. 47.48. Luc. 10. 12. Matth. 23. v. 14. Sap. 6. v. 6.  
7. penas autem istas non ad conscientiam peccatorum tantum refe-  
rimus, quæ hic non raro etiam tunc miserè affligitur, quando pena  
externa non timetur; sed corpora quoque ipsa hominum his tor-  
mentis subjecta esse omnino putamus; siquidem justa est ratio,  
ut quæ simul peccarunt, peccatorum etiam penas dignas luant.  
Plus tamen cruciabit damnatos interior cogitatio de continua-  
tione & eternitate doloris, quam sensus tormenti exterioris, inquit:

Dionys. in Apoc. 18, fol. 298..

Catalogus errorum quorundam ex vetustissimis Postillatori-

bus præsertim Papistis hinc inde collectius.

I. Historia hujus Evangelii facta est. Mense Aprili: videlicet  
prima die Anno Christi 33, inditione 5. Guillermus in Postill.

II. Prohibetur, eradicatione festinata, damnosa & suspiciose. Fe-  
stinata est, quando nō præcedit admonitio. Damnosa, quando mul-  
titudo est in causa, vel princeps. Suspiciose est, quam non haberur  
certitudo de alicuius hæresi & vitio. Tales ergo non sunt excluden-  
di: quia in his tribus modis prohibetur hic eradicatione fieri. Lu-  
dolph. Carthus. de vita Christi c. 64.

III. Mittentur in infernum, qui creditur esse in centro terra,  
& terra vallatus undique. Idem.

IV. In agro virginis Mariæ Deus seminavit ponendo optimum super omnia verbū h.e. filium aeternum cum omni plenitudine gratiarum & virtutum ac donorū SS. ita, quod Diabolus nunquam posset ibi aliquid malum seminarē. Unde Deus dixit eidem Cant. & Tora pulchra es amica mea, & macula &c. Voluit E. Deus superabundantē suam bonitatem in virgine matre ostendere, ut omnes peccatores discant ad eā recurrere, tanquā ad matrē gratia & misericordia, ut canit Ecclesia: o Ergo peccator, & o peccatrix, recognosce peccata, & scito, quod Diabolus seminavit in te talia, ut percam ex bonitate Dei detur gratia, qua consequaris veniam & gloriam. Pelbertus in sermon. Pomer. serm. 35.

V. Crassitudo terræ habet mille septingenta & octodecem milia, ubi infernus in medio est, qui cogitur in se concludere corpora omnium hominum damnatorum, qui unquam in mundo fuerunt usq; ad extremum diem. Gosterus in Postill.

VI. Ob gleich das Ende der Welt kan verstanden werden von dem jüngsten Gericht als die grosse Endtē da wir alle müssen zusammen kommen so mag es doch auch das Gericht des Vaters beschließen welches ein Ende machen wird aller weltlichen Reiche mit aufhebung aller Stände ob dass sein Sohn Christus Raum habe zu herrschen daju er denn gesandt ist ob dass er ein König aller Könige und Herr aller Herren und seine Gewalt / Macht / Stärke / Herrlichkeit muss auch kund werden auf Erden vor dem jüngsten Tage mit Offenbarung seines Reichs etc. das da bleiben wird von Ewigkeit zu Ewigkeit. W' eichel. in Postill.

**G** Audio quod prodū iterum, carissime T A N C K I,  
Munerat ingenij prodīs amica tui.  
Non sat est capiſſe, decet prodire sed ul̄ ras.  
Tendere E ad metam non trepidante gradu.  
Antea pugnantem vidit te Morte secundo.  
Gressa sacris studijs nobilis aquae Viri;  
Vidit E hoc nostrum, quod lambit Sala, Lycaum.  
Vidit E aplausu signa sonora dedit.  
Tempus erit, quo te reducē quoque patria cernat,  
Et cingat dōctum fronde birense caput.  
In te capta modò firmet, firmata perennet.  
Iohannes Pater: Veti summa sit ista mei,

J O H A N N . M A I O R . D.

94 A 7385



VD17



1. Anno regni pontificis millesimi secundae et octauies  
2. Mense Iulias anno regni eiusdem  
3. Anno ab incarnatione

B.I.G.



A T I O

nicæ quintæ  
n.

C E

D E

R HARDO  
PROFESSORE  
æ Jenensis Re-  
.Decano,

Fautore summo  
colendo

bonit

N C K E N

gap.

ris

XVII.

E

INMANNI